1410486

ADDITIONES RECONDITAE, SELECTAE, PRACTICAE.

AD DECISIONES

REG. CONSIL. NICOLAI ANTONII GIZZARELLI,

AVTHORE.

DIDACO DE MARI V.I.D.

PATRITIO RHEGINO.

HAC SECVNDA, ET NOVISSIMA EDITIONE AB EODEM
in quàm pluribus locis, quæ hoc ſigno [ ] continentur, auctæ, &
Locupletatæ, cum Summarijs, & Indicę, ita diſpo-
ſitis, vt nil vltra poſſit de-
ſiderari.

SVPERIORVM PERMISSV.

Neap. Ex Typographia Franciſci Sauij, Impreſſoris Curię Archiepiſc. MDCXXXII.

Expenſis Dominici Vecchi Bibliopolæ ſub Signo Sanctiſs. Nominis IESV.

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D.

D. HECTORI RAVASCHERIO

Ex Comitibus Lauaniæ, Principi Satriani, Duci Cardinaris, vtili Domino Status Vadolati, Siberis, Cropani, Roccæ Beamont. Ciuitatum vici, Tabernæ, tribuno militum, Conſiliar. Status, & Belli.

DIDACVS DE MARI I. C. FOELICITATEM PRAECATVR.

HAVD ſanè mihi diutius Princeps præſtantiſſime, deliberandum fuit cuinam lucubrationes, qualeſcunque has meas recepta iam conſuetudine nuncuparem. Debebat hoc tibi mea in te obſeruantia; id ipſum tua in me officia, quibus me, meaque tibi deuinxiſti in perpetuum vniuerſa vindicabant. Poſtremo res loquebatur ipſa, vt ſub illius fide ac clientela ſpecimen iſthuc ingenij prodiret, qui, vel obtrectantes procul habere, vel genuinum meditantes poſſit auctoritate nominis amoliri, & ſanè, quid nam ab illo præſidij non accerſam, quem auita virtus, quem maiorum facinora præclariſſima, quem heroicæ ſtirpis tradux ingenium, Columini illi, ac troianorum propugnaculo HECTORI tum nomine cum virtute parem præſtitit, ac plane germanum, niſi vtriuſque inter Herois inſignia illud omnino diſcriminis intercederet: quod noxia illi olim fuerit, tibi fore Græcia, & quidem Magna ſemper obnoxiam glorietur. Ec quis porrò tanti Principis patrocinium, fidemque non ambiat? quis tanti ſub Ducis Imperio non triumphet? Repete veterum ætates, conſule rerum memoriam, adi monumenta vetuſtatis: enim vero teſtator hiſtoria, vel ab Henrici Secundi Cæſaris

temporibus Rauaſcherij peruetuſtam generis claritatem. Tuorumque maiorum ampliſsimos magiſtratus, Faſces, Trabeas, Sacras inſulas ſummumque Vaticani Apicem Sacerdotij tabulæ profitentur ipſos denique latinos faſtos, ipſos Cælites auctos tuæ gentis Indigete annales tradunt memoriæ hominum ſempiternæ. Nam quid ego dijnaſtas, ac proceres, quid copiarum ductores, quid æquitum Magiſtros, quid Caſtrorum præfectos enumerem. E tui cies genéris ſtirpe antiquiſsimos Louanij Comites opiZones fliſchios, quorum decora, ac nomina immortalitati iam gloria conſecrauit. Age iam munuſculum iſthuc ad te delegatum æqui boni conſulas, ac tuearis. Enim vero, vt literas amplecteris ac tegeres, datum eſt tibi feliciori iam omine, iam inde cum ſagræ populos ſumma cum imperij moderatione regendos accepiſti, quos ſi quæris ab Athenienſibus, vnde litteræ, vnde profectæ dicuntur artes, ac diſciplinæ, deduxiſſe coloniam, non obſcuris monumenta veterum indicant argumentis. Ego interea ſatis habuero, ſi tuum, quod mihi alte hæret animo hærebitque perpetuo in ipſo operis aditu. Nomen inſcribam, Argumentum patrocinij tui pariter, atque autoramentum obſeruantiæ meæ. Nihil veritus ſcilicet, ne mihi minus à tuo nomine ſplendoris, quam à meis Additamentis Gizzarello amplificationis acceſſerit. Vale.

Digitized by Google

AVTHOR LECTORI.

IN tibi offerro (candide lector) in hac cumulatiori,& emendatiori ſecunda editione has meas Additiones ad Gizzarelli Deciſiones de nouo elaboratas pluribus deciſionibus cauſarum Supremorum Tribunalium, quas ad communem omnium vtilitatem in lucem emitto,& vt apis ex varijs floribus hinc inde delibatis mel exugit humano generi gratiſſimum liquorem, ita ego ſum conatus quidquid à iuris peritis fuerit pronunciatum huc conferre; verum obſecro te amice Lector,quod ſi aliquid incultum, vel non ita digeſtum, vt decet, videris, æqui bonique conſulas, & quod reprehenſione dignum eſt corrige tuo purgato iudicio,& tandem,ſi quid boni cognoſcas Omnipotenti,ac immortali Deo tribuas,à quo omne bonum. Vale.

Adm Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

VIdi hunc librum, & cenſeo typis committi poſſe, cum nihil contineat Sanctæ Fidei diſſonum, vel bonis moribus contrarium. Dat. Neap. vltimo Maij 1631

Imprimatur.

Alexander Ruſſus Can. Dep. vidit.

Fęlix Tamburellus Vic. Gen.

Illuſtriſsime, & Excellentiſſime Domine.

IVxta ordinem Veſtre Excellentie percuntaui poſtremas Additiones editas per V. I. D. Didacum de Mari Reginenſe ad Secundam Partem Deciſionum S.C. Nicolai Antonii Gizzarelli olim Regii Conſiliarii vna cum aliis apoſtillis manuſcriptis ſuper additis prioribus Additionibus iam impreſſis in aliis Deciſionibus eiuſdem Auctoris, quæ mihi viſe ſunt impreſſione digne dum nil ſiniſtrum contineant, quin redargutione aliqua opus ſint, ſed verius comendatione de ?ra pro communi ſtudioſorum legalis diſciplinæ vtilitate, ſed nō meum, verum tuum amplitudinis erit ludidjum proſequendum, cui me ſubiicio. Datum in edibus noſtris Neap. die vltimo Maii 1631.

Veſtræ Excellentiæ.

Humillimus ſeruulus

Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. Neapolitanus.

Imprimatur.

Tapia Regens. Enriquez Regens. Lopez Regens. Rouitus Regens.

ADDITIONES RECONDITAE AD DECISIONES REG. CONSIL. NICOLAI ANTONII GIZZARELLI

AVTHORE

DIDACO DE MARE I.C.

PATRITIO RHEGINO.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in repetitione dotis præfertur creditoribus habentibus tacitas hypothecas, non vero habentibus anteriores expreſſas, & num. 9.*

2 *Huiuſmodi prælationis priuilegium tranſit ad filios tantum, nõ verò ad hæredes extraneos mulieris.*

3 *In vigore eiuſdem priuilegij poſſunt filij in bonis viri, vti iure retentionis donec dos reſtituatur.*

4 *An mulier poſſit hoc priuilegium viro renũciare remiſſiuè.*

5 *Vbi eadem ratio militat, non dicitur extenſio, ſed comprehenſio.*

6 *Extenſio permittitur etiam in pęnalibus fauore Reipublicæ.*

7 *Fauore animæ fit extenſio in exorbitantibus, & correctorijs, ex maioritate, vel identitate rationis.*

8 *Communis opinio non eſt ſequenda, quando contraria melioribus rationibus fundatur, aut fauet piæ cauſæ.*

10 *Fiſcus habens expreſſam hypothecam poſteriorem præfertur habenti tacitam anteriorem.*

11 *Quid ſi vterque concurrat aduerſus communem debitorem, cum expreſſa hypotheca.*

12 *Quid in bonis quæſitis poſt fiſcalem obligationem, & num 14.*

13 *Quid ſi priuatus creditor potiretur priuilegio temporis, & ætatis.*

15 *Lex loquens de prælatione fiſci, an ad dotem ſit extendenda, & num. 16.*

17 *Bona æſtimata, ab vxore in dotem tradita, tranſeunt in dominium viri, cuius eſt periculum deteriorationis.*

Quid ſi maritus ad inopiam vergat. 21.

Quid ſi tradantur non æſtimata. n. 19.

18 *Bona æſtimata ab vxore in dotem tradita, ſi à marito legentur vxori, debentur iure legati, & præterea debetur pecunia iure dotis.*

20 *Ob vſufructum poteſt quis Dominus appellari.*

22 *Aeſtimatio in dotalibus an, & quando faciat emptionem.*

23 *An dos præferatur reficienti rem, vel conſeruanti.*

24 *Dos vbi non eſt expreſſè priuilegiata, remanet ſub regulis iuris communis.*

25 *Priuilegiatus quilibet in dubio præſumitur.*

26 *Creditor cauſa dotis cogitur concurrere cum alijs creditoribus ad concedendam dilationẽ quinquennalem.*

27 *Creditor cauſa dotis tenetur priùs agere ad rem ſpecialiter obligatam.*

AD DECIS. I.

N*Vm. 1. Couar.*) concordantes refert *Cardin. Mantic. in tract. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 26. num. 24. cum ſequ. Matien l. 7. tit. 16. lib. 5. ordinamen. gloſ. nu. 4 Petr. Gregor. in Syntagm. Iur. lib. 9. cap. 24. num. 4. Borrell. in ſumm. deciſ. tit. de priuileg.* Dotal. *num. 436. tom. 3.*

1 Mulier virtute tacitæ hypothecæ eſt præferenda in ſua dotis repetitione creditoribus tacitas hypothecas obtinentibus, non vero expreſſas anteriores habentibus *Ioan. de Caſtill. tom. 3. controuer. quæſt. cap. 40.* com-

A munem

munẽ, & veriorem opinionem dicit *Burg. de Paz.in prax.tom.3. ꝛ ſp. 6.§.12.num.*10.
2 priuilegium mulietis tacitæ hypothecæ, & prælationis à iure conceſſum, non tranſit ad hæredes extraneos mulietis, ſed ad filios transferri verius dicit *Amat. Rodriq.de priuil.credit.par.prima art.primo num.*17.& nõ
3 ſolum mulier, ſed etiam illius liberi virtute ſuæ hypothecæ, & priuilegij poſſunt bonis mariti incumbere, & in illis iure retentionis vti, donec dos integra reſtituatur *Meirer.in tract.de pignor. & hypothec. lib.2.tit.*
4 *16.num.27.*mulier an hoc ſuæ tacitæ hypothecæ, & prælationis priuilegium marito remittere, aut renunciare valeat vide *Gutier de iura.confirm.cap.46.num.13.Villadie in ſua polit.in form. libellan. verſ.de tertio oppoſit.n.5.*
5 *Num.14 gloſ.*) quando militat eadem ratio prope non dicitur extenſio, ſed com-
6 prehenſio *Surd.conſ.302.num.22.* vbi agitur de fauore Reipublicæ permiſſa eſt extẽſio etiã in pœnalibus *Rot.deciſ. 298. ad fin. par.2.*diuerſ. in pœnalibus, & correctorijs aliquando fit extẽſio maxime ſi cauſa ſit expreſſa *Farin. conſ.229. num.18.lib.3.late in fragm.crim.par.1.à num.166.vſque ad num.*
7 179.animæ fauore in exorbitãtibus, & correctorijs fit extenſio ex maioritate, vel idẽtitate rationis *Genuen.practic.Eccleſ.q.772.*
Num.18.Io. Andr.) Adde *Neuiz.Syl.nupt. lib.5.limit.3.num.67.Franc.Marc deciſ.692.*
8 & vbi contraria opinio melioribus rationibus fundatur præualet communi *Surd conſ. 294.num.29.vol.2. Amat.conſ.51.num.33.* communis opinio non eſt quando legibus, & rationibus detegitur falſa *Honded. conſ. 39.num.37.vol.1.*& quando contraria opinio ſubtiliori, & meliori ratione fundatur omittitur communis *Amat.deciſ.11.num.2.* & licet communior ſit tamen contraria ſi meliori, & æquiori ratione nitatur ipſi præualet *Honded.conſ.65. num. 27.* & non eſt attendenda communis opinio, vbi altera fauet piæ cauſæ *Mart.in tract. de iuriſdict.c. 164 num.2.*
Num.33 fatentur) Adde *Barboſ. in l.1.*
9 *par.6.num.4.ff.ſol.matrim.Mantic.in præcit. tit 26.num.23.in princ. & Latius num.32.* vbi frequentiſſimo Iudiciorum vſu receptã opinionem teſtatur, nouiſſimè *Io.Domin. Gait.in tract.de credit.cap. 4.quæſt.11.num. 1645.& 1964.*vbi ſingularem declarationẽ refert, & de hypotheca dotis cum prælatione vide *Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.7 gloſ.2.par.1.to.2.Molin de contract.diſp 438*
10 *Num.34.ex ſupradictis*) fiſcus habẽs expreſſam hypothecam poſteriorẽ præfertur anteriori creditori habenti tacitam, & hoc
11 idẽ eſt determinatũ in dote; ſecus ſi vterq; concurrat aduerſus communem debitorẽ, & hypotheca ſit pariter expreſſa, ſiue generalis, ſiue ſpecialis, nam hoc euentu præualebit prærogatiua temporis, præterquam ſi
12 verſemur in bonis quæſitis, poſt fiſcalem obligationem, ſi quidem in his fiſcus venit præterẽdus anterioribus creditoribus ſub-
13 declara niſi priuatus creditor potiretur dupplici priuilegio nempe temporis, & ætatis, vt pote ſi minor eſſet creditor ex cauſa tutelæ, quæ alia ſimili, nam tunc fiſcus poſtponeretur in bonis quæſitis poſt ſuã obligationem *Mantic.de tacit. & ambig. lib.11. tit.25.n.10.& 11.D.Franc. de Alfar. de offic. fiſcal.eiuſq; priuileg.priuil 22. & 23.* cuin-
14 combat onus probandi aquiſitionem eſſe factam ante, vel poſt fiſcalem obligationem poſt *Bart.in l.ſi is, qui ff.de iure fiſci* concludit *Neguſ.in tract.de pignor.2. memb.5 par. n.43.*ei incumbere, qui actionem propoſuit,
15 ſiue ſit priuatus, ſiue fiſcus; & an lex illa quemadmodum fiſco fauet ſit etiam ad fauorem dotis extendẽda, & omiſſis diſputationibus quidquid in cõtrariũ dicat *Turom. in l non puto c.3.n.25. & 26.ff. eod.tit.*dicas legem prædictã ſolum ad caſum de quo loquimur non autem ad fauorem dotis eſſe extendendam, vt nouiſſime refert *Conſtant. in l.1.num.21.C.de iure fiſci lib. 10. & vide Caſtill.lib.3.controuerſ.c.4.*
16 *Num.35.Euerar.*) verum argumẽta, quæ paſſim ducuntur à fiſco ad Eccleſiam, dotẽ, ceteraſq. cauſas, ſic temperanda ſunt, vt quod fiſco conceſſum legitur, id ipſum à maioritate rationis his quoq. conceſſum eſſe admittatur, ſi tamẽ ratio, quæ militat in fiſco, extenſionem non abhorreat *Barboſ.in l.filiusfam.§.ſi vir.in quinquenn. à n.40 ff.ſol. matr.Fachin.controu.iur.lib.8.c.3.* tamen quædam priuilegia, quæ cũ alijs priuilegiatis directo competant fiſco communicata videntur, vti de remedio reſtitutionis in integrum loquuntur *Peregr. de iur.fiſc. lib.5. tit.2.n.10.de Pont, de poteſt Proreg. tit.de regal.impoſit.§.5.n.17.*quid in pœnarum petitione, ac conſecutione vide *Reg.Conſtan.in l.1.n.85.C.de pœn.fiſcal.lib.10.*
Num.40 Doct.) adde *Caſtill.de vſufr. c.4. n.7.Montier.dec.13.n.42.Card.Tuſc. pract. concl.lit.D.concl.758.n.1.Surd. cõſ.413 n.13*
17 *Caualc.deciſ.16.à n.2.par.1.* nec bona æſtimata viro tradita dicuntur dotalia, ſed dos in pretio tantum conſiſtit *Bec.conſ. 42.n.6. vol.1.* cenſentur ei vendita per vxorem, & fingitur ſtatim per vxorem pretium numeratum viro in dotem *Surd.deciſ.99.nu. 9.*&

pericu-

Digitized by Google

periculum deteriorationis,& peremptionis
dotis æſtimatæ pertinebit ad maritũ tam-
quam illius tacitum emptotem *Menoch.de
præſumpt.lib.3,præſumpt.74. Verall. deciſ.
333 lib.3.Morot.conſ.44.num 13. de Pont.
conſ 7.1*.cuius rei dominium,ſeu res ipſa in
maritum tranſit cum omnibus oneribus,&
obligationibus ſuis *Bal.in l.ex conuentione
n.3.C.de pact.*hinc ſi dotis facienda collatio
ſit de pecunijs non de rebus facienda erit
18 *Honded conſ 14.dub.2.vol.1.* & vbi res da-
ta æſtimata vxori à marito legata fuerit,tũc
res iure legati eſt ei debita,& inde pecunia
iure dotis *Felic alleg 31.n.15 par.3.* dotaliũ
vero rerum, quæ ineſtimatæ in dotem datæ
ſunt dominium mariti eſt *l.dotale §.dotale
ff de fund dotal.*non abſolute, ſed propter
rei fructus,& ſic ciuiliter *Vin. deciſ 518.nu.
15.Queſad.iur.q.15.n.18.Menoch.cõſ 1140
20 n.21.*nec mirum cum propter commodum
fructuũ in iure quis dominus vocetur *Gre-
gor Syntag.iur.lib.1.c.12.num.7.par.1.*imo
poſſeſſionem virum habere *dixit tex. l.ſtič-
dum § ſi fundus in dotem ff.qui ſatiſd.cogan.*
& ſoluto matrimonio dominium continuat
in vxorem *Schenar conſ.11.n.4.par.2.*

21 *Num.42.Gomeſ.*) Adde *Bapt de San.Blaſ.
de priuil.dotal.cent.2.n.13. Pinell.in l.1 C.
de bon mater.par.3.n.15. Maſcar.de probat.
concl.619.*contrariũ voluit *Caſtill. in tract.
de vſufr.lib.1.c.4 n.8.*& vide declarationes
relatas per *Gait.in pract.q.11.n. 1600 cum
plur.ſequ.Ant.de Amat.reſol 49. Amat.*Ro-
driq.de priuil.credit par.1.ar 1.n.18.& quo-
ties mariti inopia perſeuerat vſq; ad tem-
pus reſtitutionis dotis, tunc fundum dota-
lem etſi æſtimatum traditum,poteſt vxor in
ſubſidium vendicare, ac ſi non fuiſſet datus
æſtimatus *Coſt. remed.ſubſid.63. nu.1. Ant.
Fab.in ſuo Codic.li.5.tit.7 de Iure dot. defin.
43.doctiſs.ac numquam ſatis laudatus* Mar.
*Giurb.in conſuet.*Meſſan.*c.15 gloſ.1.par.1.à
n 21.*diſcuſſis tamẽ prius mariti bonis *Mo-
rot.conſ.44 n.14.Polid.*Rip.*obſer.46.*æſtima
22 tio in dotalibus qualiter, & quando faciat
emptionem vide *Gratian.diſcept.Forenſ to.
5.cap.826 num.73.& ſeq. Caſtill. deciſ.Sicil.
21.Alex.Trentac.var.reſol.vol.1.lib.3.tit.de
iure dot.reſol.1.Rice.collect.dec.3187. par.7.
Ludouiſ.deciſ.573.*

Num.49.Bal.) quem ſequuntur *Gregor.
Lopez l.36.tit.13 p 5 ver.il poſtriero* Matien.
*l.9 tit.16.lib.5.ordin gloſ.5.nu.18.Gratian.
diſcept.foren.730 to.4.* ſed contrariam opi-
nionem vti communiorem ſequũtur *Man-
tic de tacit.et ambig.lib.11.tit.26 n.17.& ſeq.
Couar.var.reſol.lib.1.c.7.num.2.&* 3.& vide
modificationem,quam refert *Gait. d.q. 11.
n.1946.1961.cum plur ſequ.*Morot. *conſ.54.*
23 vbi an dos præferatur reficienti rem, vel
conſeruanti *Mantic.in pract.lib.11.tit 23.
Barboſ.in l.1.par 6.nu. 8.& 12.ff.ſol.matr.
Reg.de Pont.deciſ.34.n.6.*

24 *Num.53.Viſitar.*) & vbi dos non eſt ex-
preſſe priuilegiata ea remanet ſub regulis
iuris communis *Soc.Iun.conſ.12.n.4. lib.3.*
25 priuilegiatus quilibet in dubio iure com-
muni cenſendus eſt *Crot.in l. ſi conſtante n.
84.ff.ſol.matr.*dotis cauſa creditor cogitur
ex maiori parte cred totum ad concurren-
dum in concedenda dilatione quinquenna-
27 li *de Franch.deciſ.*219.& diſpoſitio *l. 2.C de
pignor.* habet locum etiam in primo credi-
tore ex cauſa dotis,vt prius ad rem ſpecia-
liter obligatam agere debeat *Couar.var.re-
ſolut.lib.3.c.12.n.3 Soc.conſ.198.n.2.&* 3.*li.*
2.nec in eo priuilegiata eſt, vt omittere
poſſit excuſſionem de qua in *Authen.* hoc
ſi debitor *C.de pignor.& hypothec.*

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor præſumitur ignorare factum ſui anteceſſoris.*
2 *Hæres quando præſumatur habere ſcientiã teſtamenti,& contentorum in eo.*
3 *Aſſenſus in obligatione pro dote, an valeat, ſi ſit poſt mortem præſtitus. remiſſiuè*
4 *Conſtit.Conſtitutionem diu.mem. habet locum in emptori in promiſſione de vendendo,& in pacto de non petendo.*
5 *Aſſenſus poſt mortem contrahentium expeditus,querit hæredum ratificationem, ſuper qua nouus aſſenſus eſt impetrandus.*
6 *Aſſenſus tacitus en* Regno *non ſatis eſt.*
7 *Aſſenſus præſtitus poſt reuocationem reuocationis non validat venditionem primo loco factam.*
8 *Aſſenſus non poteſt expediri poſt mortem alienantis feudum, etiam hæreditarium,in præiudicium hæredis, ſine ipſius conſenſu.*
9 *Aſſenſus expeditus poſt mortem teſtatoris, valet in ipſius præiudicium, non verò reſpectu ſucceſſorum non conſentientium.*
10 *Conſenſus hæredis nouus, an cenſeatur interpoſitus ſi fuerit ſupplicatum pro aſſenſu ſuper teſtamento nullo,pro parte hæredum remiſſiuè.*
11 *Aſſenſus an ſit præſtandus quando eſt legatum feudum in præiudicium* Regis. *remiſſiuè.*

AD DECIS. II.

NVm.6.de regul. Iur.) ſucceſſor præ-
ſumitur ignorare factum ſui ante-
ceſſoris, *Cardin. Tuſc pract. concl. in
verb ignorant. concl.* 18. *Farinac. in*
1 *Fragm p.2. verb. ignorare. nu.* 126. vbi quid
in ſucceſſore ſingulari; ſucceſſor, vel hæres
præſumitur ignorare facta ſui anteceſſoris,
& defuncti quando conuenitur, & eſt reus,
ſecus ſi agit, & eſt actor *Coſta in tract. de*
2 *fact. ſcien. & ignor inſpect.* 90. hæres quando
præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, &
contentorum in eo vide *Tuſc. in verb. hæres
concl.* 73. *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſ* 23.
3 *Num.8. Aluar.*) vide pro veritate D. *de
Franch. deciſ.* 620. *n.* 9. *& ſeq. Anna. alleg.* 66.
*n.*5. *&* 115. *n.* 1.
4 *Num.12. Cumi.*) tradit verum intellectũ
dictæ *Conſtit diue. memor. D. Reg. de Pont. in
tract. de poteſt proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper
dot §.1. n.* 31. *&* 32 quæ locum habet etiam
in emptore in promiſſione de vendendo, &
in pacto de non petendo *De Pont. in præcit.
tract tit de refutat. feud. §.11. n.* 12 *&* 13.
5 *Num.14. Anna.*) vide eundem *in Sing.
105. de Pont. de poteſt proreg. tit de aſſenſ. reg.
ſup. dot §.1 à num.13. conſ.* 146. *n.* 26. *& ſeq.
conſ.* 157. *& conſ.* 52. *num.*8. *vol.* 2. vbi aſſerit
aſſenſum poſt mortem contrahentium ex-
peditum requirere hæredum ratificationẽ,
& ſuper illam alium aſſenſum impetrari de-
bere, & ſic nouus requiritur ſuper nouo cõ-
ſenſu hæredis idem *conſ.* 75. *num.* 41. *vol.* 2.
Conſil. Georg in repet feud. cap. 43. *nu.* 46. *&*
6 *ſeq.* aſſenſus tacitus in Regno non ſatis eſt,
ſed requiritur expreſſus *de Pont. deciſ.* 134.
7 *num* 14. & ſi eſt præſtitus poſt reuocatio-
nem reuocationis non validat venditionem
primò loco factam *Lanar. conſ.* 96. *num* 9.
8 *de Pont. conſ.* 36. *num.*1. *&* 2. nec quod aſsẽ-
ſus poſſit expediri poſt mortem alienantis
in præiudicium heredis in quem eſt trãsla-
tum dominium feudi etiam hæreditarium,
ſine nouo cõſenſu heredis diſpoſitiuo *idem.
conſ.* 150. *num.* 58. & aſſenſum impetratum
poſt mortem diſponentis non valere abſq;
conſenſu hæredis etiam in feudo hæredita-
9 rio limitat *idem conſ.* 75. *num.* 38. non pro-
cedere fauore dotis, & ſic quatenus vale-
ret aſſenſus expeditus ſuper teſtamẽto poſt
mortem teſtatoris in eius præiudicium va-
leret, ſecus verò reſpectu ſucceſſorum non
conſentientium *Thor. in Compen. deciſ. p.* 1.
verb. aſſenſus, eo quod aſſenſus in diſpoſi-
tione facta in beneficium hæredis, ſucceſſo-
ri in feudo hæreditario non requiritur re-
ſpectu ipſius hæredis, ſecus autem reſpectu
tertij, qui emit ſubhaſta, & ſuper emptione
habet aſſenſum *de Franch. deciſ.* 48. *num.* 28.
10 an autem conſenſus nouus hæredis cenſea-
tur interpoſitus ſi fuerit ſupplicatum pro
aſſenſu ſuper teſtamento nullo pro parte
hæredum *vide Frecc. de ſubfeud. lib.2. q.24. in
fin. Thor. in comp. deciſ. par.* 1. *in verb. con-
ſenſus*, vbi refert nouiſſimam deciſ. ſi con-
ſenſus diſpoſitiuus hæredis requiratur ad
hoc, vt aſſenſus poſt mortem expeditus te-
11 neat; Quid autem ſi præiudicium Regis
tantum verſaretur an denegandus ſit aſsẽ-
ſus, quando feudum eſſet legatum in teſta-
mento *vide Thor. in compend. verb. aſſenſus
an ſit.*

[Adde ad ornatum huius deciſ. *Flam.
monac. in addit. ad deciſ. Minad.* 43. *num.* 11.
*Fulu. Lanar. in addit. ad repet. Reg. Lanar. in
cap. primo ſi vaſſallus feudo priuetur num.*8

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutum voluntaria eſt vera vendi-
tio.*
2 *Datio rei alienæ in ſolutum eſt valida, poteſt
tamen* Dominus *agere pro ipſius vendica-
tione, ſi extet.*
3 *Feudatarius cui fuit conceſſa licentia venden-
di feudum, an poſſit illud dare inſolutum
creditoribus.*
4 *Hæres extraneus non dicitur ſucceſſor niſi
poſt apprehenſam poſſeſſionem: ſecus in hæ-
rede ſuo.*
5 *Aſſenſus regulatur ab actu, ſuper quo inter-
ponitur, nec inducit quid contra, aut præ-
ter voluntatem contrahentium.*
6 *Aſſenſus non validat contractum, aliàs inua-
lidum, quàm ob ipſius defectum.*
7 *Aſſenſus expeditus ſuper contractu reuocato,
eſt nullus.*
8 *Aſſenſus* Regis *operatur, vt contractus de re
feudali valeat quantum valere poteſt, &
quid operetur in alienatione feudi.*
9 In *aſſenſu obtinendo ſunt exprimenda omnia,
quæ poſſent Principem a conceſſione retar-
dare, aliàs eſt ſubreptitius.*
10 *Aſſenſus cenſetur præſtitus ſaluis iuribus
tertij.*
11 *Clauſula, feudi natura in aliquo non muta-
ta, in aſſenſu ſuper feudi alienatione appo-
ſita, quomodo intelligenda.*
12 *Aſſenſus an extendatur ad prorogationem
pacti de retrouendendo, & quid apparente
læſione remiſſiuè.*

Aſſenſus

13 *Aſſenſus ſuper venditione facienda non extenditur ad iam factam, & ſuper venditione pura, non extenditur ad conditionalem.*
14 *Aſſenſus impetratus ſuper donatione, & non ſuper pacto de retrouendendo, corruit in totum.*
15 *Aſſenſus praſtitus ſuper ſorte principali, nõ extenditur ad intereſſe.*
16 *Aſſenſus in Regno, non admittit probationes per teſtes.*
17 *Aſſenſus in Regno debet regiſtrari in* Regia *Camera intra ſtatutum tempus, aliàs non valet, & quodnam ſit ſtatutum tempus.*
18 *Aſſenſus, an praſumatur conceſſus ex lapſu centum annorum, vel temporis immemorabilis.*
19 *Quid ex lapſu octuaginta annorum.*
20 *Aſſenſus ſemel conceſſus, reuocari non poteſt.*
21 *Aſſenſus ſuper venditione per verbum fiat, transfert dominium rei vendita in emptorem, licet ſit reuocabile donec regiſtretur.*
22 Ra*tihabitio quando operatur ex nunc, & quando ex tunc.*
23 *Aſſenſus retrotrahitur ad tempus contractus in praiudicium conſentientis, non autem alterius.*
24 *Aſſenſus quando retrahatur ad diem contractus, in concurſu creditorum pratendentiũ anterioritatem.*
25 Cla*uſula ex certa ſcientia, non purgat ſubreptionem, aut obreptionem.*
26 *Non operatur in facto, quod* Princeps *ignorat, nec in ijs, qua in iure non conſiſtunt.*
27 *Quid ſignificet, & quos pariat effectus remiſſiue.*

AD DECIS. III.

1 NVm.2. *Affl.*) datio inſolutum voluntaria eſt vera venditio *Ludouic.deciſ. Peruſ.60.num.10.& ſeq.*
2 ſicuti venditio rei alienæ eſt valida ita, & datio inſolutum, quamuis non præiudicet domino, quin poſſit agere, & vendicare res ipſas, quando extarent *Nouarr. in*
3 *prax.* Dation.*in ſolut.par.1.q.7.n.7.* datio in ſolutum procedit ſi fuerit licentia conceſſa feudatario, vt poſſit vendere feudum, ita quod illud poteſt dare in ſolutum ſuo creditori, vt deciſum refert *Frecc. de ſubfeud. lib.2.quaſt.18.Garſ.deciſ.50.* feudum non datur in ſolutum creditori cum aſſenſu abſque nouo aſſenſu ſuper datione in ſolutum *Rouit.conſ.31.n.11.& 12.*

Num.4.Bart.) Adde *Dom. de* Pont. *in tract.de poteſt.proreg tit de decret. Collat.cõſ. §.1.num.24.& ſeq.ſed* Rouit.*conſ.6.num.11.* refert *ex Andr.in cap.1. poſt num. 1. verſic. hoc tamen dicimus quib.mod.feud. conſt.pot.*
4 quod id quod dicitur hæredem in feudo non ſuccedere, niſi apprehenderit poſſeſſionem procedit in hærede extraneo non autem in hærede ſuo in quo continuatur.

Num.6.pragm. ad cuius pragm. ornatum vide, quæ cumulant Rou. *ſub tit. de fide memor.de* Pont.*de poteſt.proreg.tit.de aſſenſ.Regijs §.9.*

Num.9.Camerar.) Adde Conſil.*Theodor.*
5 *alleg.*86.*num.*3.hinc eſt, quòd aſſenſus regulatur ab actu ſuper quo interponitur *Anna alleg.67.num.4.de* Pont.*conſ.56.num.1.vol.*
2.& roborat, id quod faciunt contrahentes non autem inducit, quid contra, vel præter eorum voluntatem *Maur.Iun.alleg.8.num.*
6 4.& non validat contractum alias inualidũ præterquam ex defectu Regij aſſenſus *de*
7 *Franch.deciſ.302.num.11.* & ſic aſſenſus expeditus reuocato contractu nullus reputatur ex eo, quia non inueniet quid confirmet
8 *de* Pont.*conſ.150 num.18.vol.2.* Aſſenſus Regis operatur, vt contractus de re feudali valeat quando valere poteſt *de Franch. deciſ. 540. num. 12.* [in alienatione feudi, quid operetur *Reg.Lanar.in rep.t.§. huius autem generis num.90 in quib.cauſ.feud. amict.* petitus pro feudi alienatione non comprehẽdit diſpẽſationem pro eius diuiſione *D.Reg. Tap.in dec.S.C 4.num.29.*]
9 *Num.*10.*Parſ.*) Aſſenſus ſi propter plura petitur ſingula ſunt exprimenda, & ſi ex pluribus vnum omittatur ſubreptitius redditur *Loffred.in cap.1.§.4. qui ſucceſſ.tenean.* & in ipſo obtinendo debent omnia exprimi, quæ poſſent ipſum Principem concedentem mouere ad non concedendum, vel difficilius concedendum *Capic.late deciſ.32.Vi-*
10 *ſcont.in ſuis concluſ.legal.fol.14.col.1.* cenſeturque præſtitus per Regem, ſeu eius Vicarium ſaluis iuribus tertij *Maran. conſ.79. num.31.& conſ.105.num.17.* & quid operetur *vide D.de* Pont. *conſ.65 num.5.vol.2.* aut cum clauſula iuribus noſtris, & alienis
11 ſemper ſaluis *Anna in ſing.122* vel cũ clauſula feudi natura in aliquo non mutata, de qua *per Loffred.conſ.11. & Lanar. conſ 17. num.19.*& quomodo intelligenda ſit *vide* D.*de* Pont.*conſ.72.num.17. vol.2. Larath. conſ.33.num.15.* [Frec.*de ſubf. lib. 2.verſ. duodecimo quaro num.13 Io. Thom. de Marin.de Gener. & qualit.feud.tit.19.num.15.*]

Num.11.de Pont.) adde *eundem in tract. de poteſt.proreg.tit.de refutat.feudor. §.3.nu. 23.& ſeq. & in repet. feud.lect.6. num.26. Borrell.in ſumm. deciſ.tit. 34.num. 510.& ſeq.par.1.Marcell.Maur.alleg.8.nu.5 & 33.*

Conſil.Georg.in repet.feud.12.num.19.& 21.
12 an aſſenſus extendatur ad prorogationem
pacti de retrouendendo, & quid apparen-
te læſione *vide Staiban.conſ.75. num.* 27.aſ-
13 ſenſus ſuper venditione facienda non extẽ-
ditur ad iam factam *de Franch. deciſ.* 649. ſi
concedatur venditioni pure non extẽditur
ad conditionalem *de Pont.conſ.* 136. *nu.*107.
14 *vol.* 2.impetratus ſuper donatione, & non
ſuper pacto de retrouendendo in totum
15 corruit *de Franch.deciſ.*105.*à num.*7.& præ-
ſtitus ſuper ſorte, & obligatione principali
non extenditur ad intereſſe, quod ex mora
reſultat *de Franch.deciſ.613.num.* 11. *Mart.*
*vot.*156.*n.e.*

Num.15.de Pont) Pragmaticæ ſtatuerũt,
quod omnia memorialia expedita per ver-
bum fiat redigãtur in formam priuilegij in-
fra certum tempus alias nullius ſint momẽ-
ti,& loquuntur pragmaticæ,cum clauſula
decreti annullatiua,latè *de Pont. conſ.6. vol.*
2,& quoad formam decretationis obſerua-
ri ſolitam in Regia Cancellaria vltra illud
verbũ fiat ſubnectitur in forma hoc eſt ſer-
uata forma R*egia Prag. Hinc Frec. in tract.*
16 *de ſubfeud.lib.*2.*q.*28.*num.*4.ait, quod aſsẽ-
ſus in Regno habet certam formam priui-
legij cum appoſitione ſigilli, & aliarum ſol-
lemnitatum, qui non admittit probationes
per teſtes,vt latiùs teſtificatur *Muur.Iun.*
alleg.71.num 1.vltra quod aſſenſus debet ex-
17 pediri in forma Regiæ Cancellariæ debet
regiſtrari in Regia Camera *de Franc. deciſ.*
*663.num.*3 & debet executoriari infra an-
num per *D.Proregem Georg.alleg.3.num* 11
intellige tamen ſecundum *D. Rouit.in prag.*
21.*tit.de feud.& in pragm.*1.*num.*5. *de fide*
memor. Dilatio conceſſa ad expediendum
priuilegium ſuper aſſenſu præſtito antiqui-
tus erat annalis, quæ hodie protracta eſt,
vſque ad biennium, quæ ſiquidem dilatio,
future,non autem præterita reſpicit nego-
tia R*ouit.in Pragm.*1.*nu.* 14. *de fide memor.*
& ob id aſſenſus intra tempora *Reg. Prag.*
debet regiſtrari alias non valet *de Pont. cõſ.*
*157.num.14.vol.*2. an autem *Rex*, ſeu eius
Vicarius elapſo biennio regiſtrandi poſſit
facere gratiam emptori,ſeu creditori,vt tẽ-
poris lapſu non obſtante regiſtratione ad-
mittatur *vide Franc.de Amic in cap.* 1.*§. hec*
18 *deciſio de his, qui feud dar.poſſ fol.* 19.an aſ-
ſenſus præſumatur conceſſus ex lapſu cen-
tum annorum,vel temporis cuius memoria
hominis non extat in contrarium Reg. *La-*
*nar.in conſ.94 in fin.*tenet, quod ſic, & ſe-
quitur R*ou.in pragm.*1.*num.*20.*tit. de priui-*
19 *leg. Afſl.in deciſ.*254.*ſub num.*4. licet per o-
ctuaginta annos non præſumatur, vt in ca-
ſu *dictæ deciſ.meminit Camp.in cap. regi. põ-*
dus 271.*num.*4.*& vide Frecc.de ſubfeud. lib.*
2.*q.*28.*Georg alleg.*3.*num.*11.*& alleg.* 14.*n.*
20 13.& ſemel conceſſus reuocari non poteſt
*Fab.Anna.in conſ.*86.*num.* 4. [*Frec.de ſub-*
21 *feud. lib.*2.*verſ.ſupereſt.* Aſſenſus ſuper ven-
ditione per verbum fiat expeditus trãſfert
in emptorem dominium rei vẽdite, licet re-
uocabile per tractum temporis infra, quod
regiſtrari debeat *Reg. Tap. in deciſ. S.C.*8.
*num.*2.]

Num.17 Bart.) *vide D.de Pont.in conſ.*17
22 *num.*32.33.*&* 34.*vol.*2.ratihabitio, & cõ-
firmatio quando operetur ex nunc, & quã-
23 do ex tunc *vide ibidem n.*38. *Aſſenſus* præ-
ſtitus retrotrahitur ad tempus contractus
in præiudicium conſentientis, non autem in
præiudicium alterius *Coſta de retrotract.cap.*
8.*caſ.*10 *num.*5.*&* 9 *de Franch.deciſ.*86.*n.*2.
24 An autem, & quando aſſenſus retrahi de-
bet ad diem contractus in concurſu credi-
torum prætendentium anterioritatem *vide*
*Thor.in compen. deciſ.par.*1. *verb. aſſenſus*
quamuis.
25 *Num.*22 Molin.) clauſula *ex certa ſcientia*
nõ purgat ſubreptionem, aut obreptionem
26 *Burg.de Paz conſ.*25.*num.* 45. & non ope-
ratur in rebus facti, quod Princeps ignorat
*Valenz.conſ.69.num.*137. *Camill. de Medic.*
*conſ.*84.*num.*6.*de Pont.conſ.*132.*nu.*13.*vol.*
2.vbi ait hanc clauſulam non operari,niſi in
his, quæ apparent reſcribentem certo ſci-
uiſſe,vel quæ in iure conſiſtunt *Fab. Anna.*
*conſ.*44.*num.*70.*D.Reg.Tapia deciſ.*5. *num.*
27 113. [appoſita in confirmatione, quid ſi-
gnificet,vide *Reg.Lanar.in conſ.*15,*nu.*19.]
de vi,& effectibus dictæ clauſulæ, vide *Soar.*
*de legit lib.*8.*cap.*18.*à n.*8.*Barboſ in tract.de*
*Clauſ.claus.*25.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt fideiubere fauore piæ cauſæ do-*
tis,& libertatis miſerabilium perſonarum,
nec gaudet Velleiano.
2 *Contra mulierem obligatam ex fideiuſſione*
cum diſpenſatione, non poteſt liquidari,
niſi fiat mentio de diſpenſatione.
3 *Mulier,cum iuramento renuncians iuri hy-*
pothecarum in venditione per virum facta
non iuuatur Velleiano.
4 *Nec ſi interceſſit pro negotio ſuo.*
5 *Quid ſi ſe obligauit proprio nomine pro de-*
bito hareditario.

Dos

6 *Dos à matre tradita, imputatur filiæ in legitimam.*

7 *Mater non tenetur dotare filiam niſi quando non habet vnde ſe dotet.*

8 *Quid ſi ſit nupta, & inops.*

9 *Filius eſt pars viſcerum patris.*

10 *Nullus amor vincit paternum.*

11 *Parentes magis amant filios, quam è conuerſo.*

12 *Pater in filio torquetur, & confeſſio extorta à patre, metu torturæ filio inferendæ, non nocet.*

13 *Carceratorum liberatio eſt cauſa maximè pia.*

14 *Carceratus quando debeat fideiuſſoribus relaxari.*

15 *Stuprans viduam honeſte viuentem, non eſt remittendus fideiuſſoribus.*

16 *Carceratus, de cuius innocentia conſtat per publicationem proceſſus, poteſt liberari ſub fideiuſſione, non expectata ſententia.*

17 *Quid de inquiſito, cui fuerunt data defenſione facienda extra carceres.*

18 *Aegrotis non imputantur ad culpam, aut pœnam ea, quæ faciunt turbatione morbi.*

19 *Filij à parentibus alendi ſunt, etiam ſi propria culpa infirmi, aut pauperes euaſerint.*

20 *Miſerabiles perſonæ propria culpa in miſeriam lapſæ, habent priuilegium eligendi forum Principis.*

21 *Bona ſubiecta reſtitutioni, an poſſint alienari pro liberando carcerato ob delictum, vel debitum propria culpa contractum.*

22 *Emphyteuta non excuſatur à pœna caducitatis ob paupertatem, in quam ſua culpa incidit.*

23 *Baro ex propria culpa carceratus, non poteſt petere adiutorium à vaſſallis.*

24 *Ceſſione bonorum non gaudet, qui culpa, aut dolo effectus eſt inops, ſic & dilatione moratoria, & beneficio quod cum eo.*

25 *Remiſſiones pro accuſatis à quibus obtineri debeant, & ad quem dicatur ſpectare ſucceſſio.*

26 *Fœmina excluditur à ſucceſſione iuris vindictæ, vel remittendi.*

27 *Pretium ſanguinis, quod prouenit ex remiſſione, an acquiratur creditoribus.*

28 *Filiusfamilias poteſt, abſque conſenſu patris ad ipſius fauorem ſe obligare.*

29 *Filiusfamilias in quibus caſibus obligetur, tam de iure communi, quam ex Reg. Pragmatica.*

30 *Filiusfamilias pro parte fideiubens, non eſt carcerandus, ſed conueniendus quantum facere poteſt, dummodo non adiuerit paternam hæreditatem aſſertur deciſio S.C.*

31 *Filiusfamilias effectus debitor ob contractam ſocietatem, tenetur quantum facere poteſt, nec moleſtatur de perſona.*

32 *Filiusfamilias ſe obligans cum patre, & renuncians beneficio legis quod cum eo, an iuuetur beneficio illius legis.*

33 *Filiusfamilias minor 14. annis alteri obligatus cum conſenſu patris, an facta liquidatione inſtrumenti poſſit carcerari, non obſtante læſione, aut reſtitutionis exceptione.*

34 *Filiusfamilias obligatus cum patre in cauſa, quæ non niſi in vinculis eſt audienda, an poſſit audiri extra carceres.*

35 *Filiusfamilias pro paterno debito cum patre obligatus, maior effectus non amittit beneficium l. quod cum eo, etiam ſi inſtrumentum prius factum ratificet, & quid ſi renunciauerit dicto beneficio.*

36 *Mulier, quæ habet maritum captiuum, aut exulem, aut damnatum ad triremes, vel ad carceres, aut abſentem dicitur vidua, & habet priuilegium electionis fori.*

37 *Priuilegia conceſſa viduis, extenduntur ad mulieres habentes viros inutiles.*

38 *Mulier habens virum inutilem, aut damnatum ad triremes, poteſt repetere dotem.*

39 *Vidua, etiam diues, dicitur miſerabilis, & quando habeat priuilegium variationis.*

40 *Donatio inter virum, & vxorem reuocari poteſt, licet iuramento firmata, nec morte firmatur, vbi apparet reuocata, etiam tacitè.*

41 *Donatio facta à viro vxori, cenſetur reuocata per obligationem rei donatæ alteri factam poſt donationem, ſecus in obligatione generali bonorum, facta à viro.*

42 Donatio inter virum, & vxorem, an, & quando valeat.

43 *Quid ſi fiat in teſtamento.*

AD DECIS. IV.

N*Vm 2. illius tit.*) latè Rouit. & *Nouar in collect. ſup. Pragm.* 1. *de S.C. Vell. Ant. Fab. in ſuis deciſ. Suband. eod. tit.* Maur. *Aret. de fideiuſſ. cap.* 3.
ſect. 8. Griuell. *deciſ. ſen.* Dolan. 19. *Borrell. in*
ſumm. deciſ tit. de fideiuſſ. à num. 105. *vſque*
1 *ad num.* 145. *par.* 3. Fauore miſerabiliū perſonarum piæ cauſæ dotis, & libertatis poteſt mulier fideiubere, & non gaudet Velleiano *Valent. Franch. in tract. de fideiuſſ. cap. à num.* 169. 162. & 174. *Genuen. in ſuis pract. ab Eccleſ. q.* 510. quid ſi acceſſerit Regia diſpenſatio liceat, quia vidua *vide D. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg de decret. Collat. cōſ. à num.* 7. *vſque ad nu.* 15. & *in conſ.* 40. *vol.* 2
2 dum mulier fideiubendo obligatur ex diſpē-
ſatione,

ſatione,cum citatur ſuper liquidatione de-
bet fieri mentio de diſpenſatione, alias non
poteſt fieri liquidatio *de Franch. deciſ.* 623.
*num.1. Palm.in diuerſ. iur.gloſ.*26. *num.*8.
3 mulier quæ ceſſit,& renuntiauit iuri hypo-
thecarum cum Iuramento in venditione fa-
cta per virum , non iuuatur Velleiano *de*
4 *Franch.deciſ.*84. & intercedendo pro nego-
tio ſuo non poteſt mulier opponere excep-
tionem Velleiani *Conſiliar. Georg.alleg.*32.
vt exemplificando oſtendit *Maur.Iun.alleg.*
*1.num.*23.& mulier non dicitur intercede-
re quando principaliter contrahit , & tunc
ceſſat Velleianum maxime quando ſe cau-
tam reddit *Reg.de Pont.conſ.*28.*num*.1. *&* 2
5 *tom* 1.mulier ſe obligans proprio nomine
pro debito hæreditario videtur fideiubere,
& ideo iuuatur Velleiano *Conſiliar. Theo-
dor.alleg.*7 *n.*12.

*Num.*15.*Surd.*) adde *Didac.Spin. in ſpec.
teſtam.gloſ.*1.*princ.de lega.pro dote num.*36.
*Coſl.de Remed ſubſid.remed.*65.mater dotã-
do filiam videtur proprium debitum exol-
uere , & ratione naturali ad id ſtimulatur
*Caſtren.in l.quoniam nouella num.*3.*C.de*
6 *inoff.teſtam.* & dos habita à matre imputa-
tur filiæ in legitimam *Menoch. de præſump.*
7 *lib.*4.*præſ.*189.*num.*28. non tenetur dotare
filiam niſi cum aliunde non habet, vnde ſe
dotet *Fontanell. de pact. Nuptial. clauſ.*5.
8 *gloſ.*2.*num.*10.*& ſeq.tom.*2. filiam nuptam
etſi inopem dotare tenetur mater,vel con-
gruæ dotis ſupplementum præſtare nõ qui-
dem habita ratione alimentorum,ſed com-
petenter ad ratam legitimæ voluit *Bardell.
conſ.*164.*num.*28.*&* 29.*vol.*2.

Num 27.*Curat.fur.*) adde *Amat.deciſ.*44
*num.*10.*Surd.de alim.tit.*1.*quæſt.*106.*num.*4
9 quia viſcerum patris pars eſt filius *Caball.
conſ.*129.*nu.*29.*vol.* 2. & de vi paterni amo-
ris infinita,cumulat *Tiraquell. in l.ſi vnquã*
10 *nu.*4.*C.de reuoc.donat.* ſic nullus amor vin-
cit paternum *Ann. Rober. lib.* 1. *rer.iudic.
cap.*8.*verſ.patres*,quorum amor in filios ine-
xtimabilis eſt,& enixus *Pariſ. conſ.* 106 *nu.*
49.*volum.*4. imo vehementius amat mater,
quam pater *Mart.vot.*236.*num.*8.parentes
11 magis diligunt filios, quàm è conuerſo *Io.
de Lign.in tract.de amicit.§. exurgit notabile
dubium vbi rationes refert*, & præſumptio,
quod parentes vehementer filios diligant
iuris eſt,ſed à natura procedit *Menoch. de*
12 *præſump.lib.*6. *præſ.*56. vnde ſi filius tor-
queretur pater quoque torqueri præſumi-
tur *gloſ.in cap.afferte de præſumpt.* & cõfeſ-
ſio extorta à patre metu torturæ filio infe-
rendæ non nocet *Felin.in d. cap. afferte ſub
num.*3.*verſ.nota ſecundo.*

13 *Num.*30.*Addentes*) liberatio carcerato-
rum dicitur cauſa maxime pia *l. ſi quis pro
redemptione C.de donat. Rot. diuerſ.in deciſ.*
68.*num* 5.*par.*2.carcerati poſſunt relaxari,
& cogi ad dandam fideiuſſionem de ſe præ-
ſentando ferijs quibuſcumque non obſtan-
tibus *Iaſ.in l.*1.*§.excipiuntur num.* 10. *C.de
ferijs Ricc.in addit.ad rit.*19.*Cur. Archiepiſc.*
14 *Neap.fol.mihi* 38.quando carceratur debet
fideiuſſoribus relaxari,*vide Franc.Marc.de-
ciſ.*902.*Ricc.deciſ.* 181 *par.*2. [*& in collect.*
15 22 15.*par.*6.] ſtuprans viduam honeſte vi-
uentem non eſt remittendus fideiuſſoribus
*Lauren.in decis.Auen.*72.nec qui rapuit vir-
16 ginem *Nouar.in collect. ſup.prag.*156.Car-
ceratus an ſit liberandus datis fideiuſſori-
16 bus,quando de innocentia cõſtaſſet per pu-
blicationem proceſſus non expectata ſen-
tentia,fuit deciſum,quòd ſic, & pluries pra-
cticatum *in M C.V.Gramm.in rit.M.C.*21.
*incip.*item quod ſi procedatur per dictam
17 *Curiam fol.*155 *ater.*carcerati an poſſit in-
quiſitus cui fuerunt cõceſſæ defenſiones fa-
ciendæ extra carceres,non expectata publi-
catione ſi aliqua adeſſent indicia fuit deciſũ
quod ſic in S.C.vt refert *Iac.Anell. de Bottis
in addit.in cap.ab illo* inchoandum incip. no
ta,quod ex hoc.

*Num.*32.*Doct.*) & facit *tex.in cap. illud*
18 *§.veriſimiliter* 15 *quæſt.*1.vbi dicitur non
imputari ad pęnam ægrotis, ea quæ pertur-
batione morbi fiunt, & eos excuſari etiam
ſi culpa morbus proceſſerit ample docet
*Dec.conſ.*104.*num.*6.tradidit, *& Surd.de*
19 *alim.quæſt.*5 *tit.*17.*num.*11. probans filios à
parẽtibus alendos eſſe etiam ſi propria cul-
pa infirmi,& pauperes euaſerint, *& vide*
20 *Actiu.in tract.de infirm.par.*1.*ca* 36.& pri-
uilegium eligẽdi forum principis ſpectat ad
miſerabiles perſonas eorum culpa in miſe-
rabilitate lapſas,vt fuiſſe deciſum,& practi-
catum in S.C & alijſque tribunalibus Ciui-
tatis Neap.teſtatur *Viu. deciſ.* 268. *num.*8.
ſed vide contrarium in caſu relato *per No-*
21 *uar.quæſt.Foren.*167.bona ſubiecta reſtitu-
tioni an poſſint alienati pro redimendo car-
cerato pro delicto,& debito eius culpa *vide
Menoch.de arbitr.iudic.lib.*2 *caſ* 182. *nu.* 45.
*cum ſequ.Peregr de fideicomm. art.*42.*nu.*91.
Melch.Pelaez in tract de maior.in 4. *par.q.*1.
*limit.*4.*nu.*10. *Ant.de Padill.in auth. res quæ.*
22 *num.*102.*C.comm.Deleg.* qui omnes negati-
uam partem tenent, nec emphiteutam ex-
cuſari à pœna caducitatis,qui propter pau-
pertatem canonem ſoluere non valuit,quã-
do ſua culpa in paupertatem incidiſſet , vt
refert *Corbul.de Iure Emphit.in tit. de cauſ.
priuat.ob non ſol.can.limit.*29. *num.* 2.Mer-

lin.

23 *lin.deciſ.*23.*num.*10.dominus pro ſua culpa
carceratus non poteſt perere adiutorium à
Vaſſallis *Affl.in Conſtit.Reg.quamplurimis*
24 *ſub num.4 verſ.idem dicendum,*& quis non
gaudet ceſſione bonorum,quando ſua cul-
pa,& dolo eſt effectus inops *Brun. de ceſ-
ſion.bonor.q.*28.*quæſt.*4.*princ.*ſic in dilatio-
ne,moratoria ſic de beneficio, quod cum
eo,*& cap.Odoardus de ſolut. Apicell. de mo-
rator.num* 33.*& de ceſſion.bonor.n.*48.
25 *Num.*38.*Angel.*) remiſſiones, & paces
pro accuſatis à quibus obtineri oportet,de
iure communi,& de iure Regni,& ad quem
dicatur ſpectare ſucceſſio, & quis vere ſit
hæres *vide* D.*de Ponte in tract.de poteſt. pro-
reg.tit.*1.§.4.*num.*16.*& ſeq.Oter in ſuis* Ro-
*man.lucubr.diſput.*27.Molfeſ.*conſ.* 10. *num.*
17.*& ſequ.*Ricc.*deciſ.*107.*par.* 3. *Conſiliar.
Theodor.alleg.*9 *præſid. Amat. in conſ. deciſ.*
26 18.vbi refert deciſum, tam per M. C. V.
quam per *S.*C. fœminam excluſam per ſta-
tutum, vel renunciationem à ſucceſſione
ius vindictæ,vel remittendi nõ habere *No-
uar.in collect.ſup.pragm.*8.*ſub rubr.de com-
poſit.* [*& in ſingular.*Canon.*concluſ.* 41.*n.*
27 4.*Regen.Tap.in deciſ.S.*C. 28] remiſſione
de morte occiſi, an inducatur aditio hære-
ditatis,& pretium ſanguinis, quod inde ꝓ-
uenit acquiratur creditoribus late *Rouit.
in præcit.pragm.n.*59.*& ſequ.*
28 *Num.*42. *Caſſan.*) immo filiusfamilias
probitus à *Pragm.*R*egni incip.*per excellẽ-
rem ſe obligare abſque cõſenſu patris po-
teſt ad patris fauorem ſe obligare, & ipſe
pater conſentire valet in tali cõtractu *No-
uar.quæſt foren.* 117. *& in collect.ſup. dict.
pragm.num.*16.*de* S.C.*Vell.vbi ex deciſ.* Rot.
*Pataun.& Rot.*Rom. *reſoluit filium famil.*
29 *exceptionem dictæ pragm.*opponere nõ poſ-
ſe,& in quibus caſibus obligetur filiusfam.
tam de iure communi,quam attenta diſpo-
ſitione *Reg.pragm. vide Paſchal. in tract. de
vir.pat poteſt.par.*1. *cap.*6. *Gratian.diſcept.*
30 *foren.cap.*576.filiusfam,qui in ſimul cum
patre ſe obligauit,cum eius ſit fideiuſſor in
id,quod facere poteſt eſt cõueniendus, nec
carceretur *l.* 2. *& toto tit.ff. quod cum eo*
dummodo ſui iuris effectus paternam hæ-
reditatem non adierit *vide D. Giurb. deciſ.*
43.adeo,quod cum dubitaretur ſi filiusfam.
qui per multos annos ſteterat non ſolue-
re, iuuaretur beneficio *l.quod cum eo,* vt nõ
teneretur vltra quam facere poſſet fuit de-
ciſum per M.C.V.eſſe liberandum,& inter-
poſita appellatione in S.C.quia pars in fa-
cto multa probabat fuit mandatum M.C.
quod liberet ipſum cum cautione de ſtan-
do iuri *de Franch.deciſ.*221.Ric.*in collect.de-
ciſ.*152.*Maur.Apicell.de ceſſion. bonor.tit.*4.
31 *num.*20.hinc filiusfam. exiſtens in patria
poteſtate,contrahens ſocietatem,ob quod
fuit debitor effectus teneatur ex dicto con-
tractu continuato,in quantũ facere poteſt,
fuit deciſum non eſſe moleſtandum de per-
ſona,& ſucceſſiuè teneri in quantum face-
re poſſet *Rouit.in d pragm.* 1.*à nu.*15.*cum
ſequ.& ſub num.*21. *verſ. ex his ego decidi,*
32 ſed an filiusfam.inſimul cum patre obliga-
tus, ſi expreſſe renunciauerit beneficio le-
gis, quod cum eo poſſit opponere excep-
tionem talis beneficij in liquidatione inſtru
menti fuit pluries practicatum obſtare ex-
ceptionem periurij, & mox carcerati filij
fam.excarcerati fuere non obſtante tali re-
nunciatione,imò etiam exiſtente inualida
abſolutione iuramenti, vt tradit *Vrſill. ad
Affl.deciſ.*308.*num.*21.*Capiblanc.in pragm.*
6.*num.*67 *de Baron.* licet hodie per nouel-
lam pragm.fuerit relaxata pęna periurii,in
materia *vide Mut.deciſ Sicil.* 94. & quid di-
33 cendum de filio fam. minore 14.annorum,
qui cum conſenſu patris alicui ſe obligauit,
an facta liquidatione inſtrumenti non ob-
ſtante læſione, ſeu reſtitutionis exceptione
detrudi debeat in vinculis fuit iudicatum,
quod ſic in cauſa *D. Ioannis de montibus*
obligati cum patre *Incert. Author de præ-
ſent Inſtrum.ad form.rit.fol.* 613. *Galter.in
prax inſtrum.*2.*p.*2 *par.princ. num.* 23. ſi fi-
34 liusfam.obligatus cum patre inſimul ob,q
iuxta formam rit.M.C. V. cauſam eius in
vinculis,aut facto depoſito dicere debet,an
ſit audiendus extra carceres in multis caſi-
bus fuit deciſum eſſe audiendum extra car-
ceres, & ad ſummum teneri præſtari cau-
tionem de parendo mandatis curiæ, & ſe
præſentando temp.expeditionis *Molfeſ.cõſ.*
35 43.*num.* 30.*& ſeq.*filiusfam. ſi poſtquam
effectus fuerit ſui iuris ratificauerit inſtru-
mentum alias à ſe factum ſimul cum patre
pro debito ſpectante ad patrem per huiuſ-
modi ratificationem nõ perdit beneficium
*l.quod cum eo,*vt fuit deciſum in S.C.in cau-
ſa Philippi Saracha ſub die 11. Ianuarij 1591
referente Conſiliar. Olignano,quid ſi filiuſ-
fam.renunciauerit huic beneficio *l.quod cũ
eo,an deinde poſſit vti vide* Molfeſ. *in conſ.*4.
vbi multas refert deciſ. Ricc. in collect.deciſ.
1754.*& Deciſ.* 354.*par.*4. *præſid.de Amat.
conſ.*41.
36 *Num.*45.*palat.*) & vidua dicitur mulier,
quæ habet maritum captiuum exulem, vel
ad triremes,aut carceres condemnatum,
vt retuli *ad Franc. deciſ.*100.*num.*18. & eſt
cõceſſum frui priuilegio electionis fori *No-
uar.in prax.elect.& variat.ſect.*1.*ſub num.*2

& idem

& idem eſt ſi habet maritum abſentem, tã-
quam inutiliter nuptę *Viu.deciſ.157.num.3*
& priuilegia conceſſa viduis extenduntur
ad mulieres habẽtes viros inutiles *Nouar.*
38 *quæſt.forenſ.167.num.4.*& mulier, quæ ha-
bet virum inutilem, & ad triremes damna-
tum poteſt repetere dotem *ex l. ſi conſtante*
ff.ſol.matr.voluit Lup.in cap. per veſtras §.
18.nu.12.fol.105.de donat.int. vir.& vxor.
39 vidua diues,miſerabilis dicitur cum viro ſit
orbata,& habet priuilegiũ variationis *Ca-*
*piblanc.in pragm.8.num.310.de Baron.*quã-
do variandi non habeat facultatem *vide*
Imbrian in tract.de 1.& 2. benefic. confide-
rat.5.num.5.Paſchal.de vir.pat.pot par.2.c.
2.n.99.& 100.

40 *Num.46.Mandos*) donatio inter virum,
& vxorem,licet Iuramẽto firmetur tamen
reuocari poteſt Couar. *in rubr. de teſtam.*
par.2.num.11.Paul.Staib.conſ.70 num.3.&
8.& quando apparet expreſſa, vel tacita
reuocatio morte non confirmatur *Gail.ob-*
ſer.90.lib.2.Artam.deciſ.4 de donat. & do-
tio facta à viro vxori,quæ cõfirmatur mor-
te mariti cenſetur reuocata per ſpecialem
obligationem rei donatæ factam per virum
poſt donationem,quod ſecus in obligatio-
ne generali bonorum facta per eum *Negu-*
ſan.in tract.de pignor in 2.par.princ.num.4
41 Donatio inter virum,& vxorẽ an,& quan-
do valeat *vide* Molfeſ.*in 2.par. ſumm. de*
contract.in quæſt.de donat.int. vir.& vxor.
Mantic.*de tacit.& ambig.conu.lib. 21.tit.3.*
4.& 7.Borrell.in ſumm. deciſ.tit. de donat.
propt.nup.à num.45.vſque ad num.61. par.
43 *3.*facta in teſtamento valet *Tiraquell. in l.*
ſi vnquam ver.libertis num.109. & 120. C.
de reuoc.donat. vt in donatione facta mari-
to in teſtamento cenſuit S. C. referente
quon. Conſiliario Lanario in cauſa inter
Loiſium Fenoglianum ceſſionarium Io. Pe-
tri Sanctori cum Io.Thoma, & Io.Iacobo
de Motta die 3.Octobris *1581.* in banca
tunc Io.Andreæ de Caro.

In fin deciſ.S.C.teſtatur D.*de Franch.de-*
*ciſ.578.*ſed cõtra illam deciſ.reſpondit Reg.
de Pont.in tract.de poteſt. proreg.tit.de di-
uerſ prouiſ.num.25. & ſeq. dicens tex. in §.
cauſas autem Auth.vt eum .de appell. cognoſ.
nihil commune habere cum hoc articulo,
cum ille loquatur in diuerſo caſu,& latè p-
ſequitur *Thor.in ſuo compend. verb. fideiu-*
bere p.1.& in addit ad eundem de Pont. vbi
citat, Molfeſ.in conſuet.Neap.p.8.q. 5. num.
2.& vide Paſchal.*in tract.de vir.patr.poteſt.*
par.3.cap.5.num.13 & ſeq. Surd.conſ. 367.
*vol.3.*Gratian.*diſcept.foren tom. 1.cap. 108.*
44 *& recipiat deciſ.* D.*de Franch.* quando enim
mulier remanet pœnitus indotata, vel non
habet ſaluam dimidiam partem ſuæ dotis,
& tunc obligatio hæc non tenet etiam pro
excarceratione viri *Gratian. diſcept Forenſ.*
723.n.12.& 18.tom 4.Seraph. deciſ. 1187.n.
2.Mareſc.variar.reſol.lib.2.c.5.n.21.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *In locatione prediorum fiſcalium antiquus conductor præfertur nouo pro æquali penſione,ſecus in prædijs priuatis.*

2 *Quid in conductione rei Eccleſiæ,& communitatis,& in miſerabilibus perſonis remiſſiuè.*

3 *Rei conducta,ob continuatam reconductionem cenſetur tacitè reconducta,& pro quo tempore.*

4 *Inſtrumentum pro tacita reconductione, an habeat executionem paratam remiſſiue.*

5 *Hypotheca expreſſa in locatione,cenſetur repetita in ſequentibus tacitis reconductionibus.*

6 *An locator cum hypotheca tacitè repetita in reconductione, præferatur alijs creditoribus,qui ante reconductionem contraxerũt. remiſſiuè.*

7 *Reconductio ex quibus probetur ad effectum deſignandi bona remiſſiuè.*

8 *Reconductio tacita ex quibus cauſis inducatur remiſſiuè.*

9 *Reconductio non probatur per teſtes aduerſus nouũ conductorem, ſed requiritur ſcriptura.*

10 *Reconductio quando intelligatur facta in triremibus.remiſſiuè.*

11 *Renouatio locationis quando cenſeatur facta,& quid de emptione fructuum,et quid ſi promiſerit rem vacuam reſtituere.*

12 *Oblatio tranſcendens ſextam in licitatione rei fiſcalis,ſeu arrẽdamentorum, an ſit admittenda,ſi res vendita remanſit vltimo licitatori ad extinctum candela, & fuerunt expedita prouiſiones , & interpoſitum decretum liberationis.*

13 *An in locationibus perpetuis rerum fiſcaliũ excedentibus ſextã,admittatur noua oblatio,& an admiſſa maiore oblatione,pro eadem præferendus ſit primus emptor.*

14 *Oblatio melior , an ſit admittenda extincta candela,quando tractatur de intereſſe creditorum.*

AD DECIS. V.

1 NVm.2 deciſ)tex l congruit procedit in locatione prædiorum fiſcalium, in quibus ſpeciale eſt, vt antiquus conductor nouo præferatur, ſi eandem offerat penſionem *Cartar in deciſ 97 nu.5.Cardin.Tuſc pract concluſ lit* L *concl 422 num.6. Coſt. ſubſid remed 76 num 3.* Mantic. *de tacit & ambig. conuen lib 5 tit. 3 num 27.* [*D.Regen. Tap. deciſ S.C.59.*] *Camill Larath conſ.18 nu.3*
in priuatis vero, ſi prædium eſt vrbanum, tunc veterem conductorem nouus expellit, & ſi tantundem ſe ſoluturum offerat *ad tex. in l ne cui C locat.* vbi Doctor. & ita iudicatum ait *Affl in pract deciſ.* quem ſequũtur *Benedell de iure protom in princ. num 288.* M*aran conſ 96 num. 7.* & alij antiquum conductorem nouo præferri, velint ſi tantundem offerat, verius eſt tamen illum non eſſe præferendum, vt deciſum teſtatur F*ab. Anna conſ 77 num.7.Ricc deciſ.181. par 1. de Pont conſ.23 num.24* F*oller in conſtitut. Regn.* ſicut accepimus *num. 37 de Franch. deciſ.406 nam Affl* deciſio loquitur tantum ſtante conſuetudine Neap. quam allegat, ideo nouum antiquo præferri cõcludit, imò *Affl.* rectius loquens *in Conſt Sançimus in princ num 2* affirmat cõtrarium eius, quod dixerat *in dict deciſ vt per* V*iſcont. in addit. ad D de* Franch *in dict deciſ. & vide Caſtil. deciſ Sicil 114 p 2* Gratian *diſcept. Foren c.*
2 *357. lib. 2.* quid in conductore rei Eccleſiæ *Maſtrill deciſ 300 in fin.par.4* & communitatis *Genuen in ſuis practicab. eccleſ q 42t.* & quid ſi erint miſerabiles perſonæ *Nouar in prax priuileg. miſerab. perſon. priuileg.42.*

*Num.*8.*Grammat.*) adde Gregor. *Lopez par 6 l 5 tit.19. Azeued.in l.2.tit. 1.l.2 nouæ recopilat.n.15.*

3 *Num.*14 *ff.locat.*) conducta res ob continuatam reconductionem cenſetur tacite reconducta *Gait de cred.cap 3 tit.1.nu 989.* & pro quo tempore *vide Caualc. deciſ.44. num 91 par.1. Menoch de præſumpt. lib.3.c.*
4 *85.num.7.* an inſtrumentũ habebit exequutionem paratam pro re conductione tacita *vide Auend.de exequut.* Mand *par.2 cap. 30 num.*10.*Barz deciſ.*60.Merlin. *deciſ. 64.*
5 *num 7* hypotheca expreſſa in locatione cẽſetur repetita in ſequentibus tacitis reconductionibus *Ant.* Fab. *in eius* Cod. *tit.de locat deſin 45.Polid.* Rip. *obſer.154.* Carnaz.
6 *deciſ Lucen.177.* an locator cum hypotheca tacite repetita in reconductione præferatur alijs creditoribus, qui ante recõductionem contraxerunt *vide Barbat. in tract. de aſſiſten gloſ fin num.70* Cardin Mantic *de*
7 *tacit.& ambig tom.1 lib 5 tit. 15.* reconductio ex quibus probetur ad effectum deſignandi bona, habes penès *Blanchett. in de-*
8 *ciſ 494.in nouis par.1.* & de reconductione tacita ex pluribus cauſis inducta *vide* M*art.*
9 *vot 35.* reconductio requirit ſcripturam, & non poteſt per teſtes probari aduerſus nouum conductorem *de Fräch deciſ.378. Tap. in iur* Regn *par 4.tit.de locat.domor in prag. 1.de locat num 3.Paſchal de vir. patr.poteſt. par 4 cap.6 num 34 ſed* Ricc. *in prax. reſol. 625 par.1.* refert fuiſſe in curia Archiepiſc. Neap. datum terminum in cauſa, & admiſſam probationem per teſtes, & idem fuiſſe deciſum in S.C. de anno 1615. in cauſa Ceſarei de Mari cum Camillo Lamberto in
10 banca de Scacciauento; Quando reconductio intelligatur facta in triremibus *vide*
11 *Caſtill deciſ.11.* renouatio locationis quãdo facta cẽſeatur, & an ſit idem in emptione fructuum, & quid ſi promiſerit vacuam rem reſtituere G*ratian deciſ.119*

12 N*um. 27. practicatur*) oblatio noua ſuperueniens maior, & tranſcendens ſextam in licitatione rei fiſcalis, ſeu arrendamentorum, an ſit admittenda, ſi res illa vendita remanſerit vltimo licitatori ad extintum candelæ pro qua fuerunt expeditæ, neceſſariæ prouiſiones, & deſuper interpoſitum decretum liberationis elapſis tandem temporibus offerendi fuit, deciſum per *R.* C. S. facta relatione in Collat. Conſilio eſſe admittendam, & de nouo arrendamentum eſſe licitandum *de Pont.in tract de poteſt proreg tit.4 de regal.impoſit §.5.num.62.* An in
13 locationibus perpetuis rerum fiſcalium excedentibus ſextam admittatur noua oblatio, & an admiſſa maiori oblatione præferendus ſit primus emptor offerendo idem pretium plena manu ſcripſit *D. Vinc. Corcion. ad præſens* Meritiſ*s Præſid* Reg.Cam *in quadam allegat & per* Reg.Cam. *de an.1623 ad relationem præſid.* Pappacoda fuit deciſũ Didacum Strozzi emptorem offitij Regij Secreti, & Magiſtri Portulani Prouin. Calabr. vlter. eſſe præferendum nouæ oblationi factæ per V.I.D. Gregorium Muſitano, & ſi facta relatione in Collat. Conſil. cum fuerit per dict. de Muſitano nouum oblatorem facta alia longe maior oblatio Didacus de-
14 ſtitit: Oblatio melior, an ſit admittenda candela extinta, & oblatione inde ſequuta, quando tractatur de intereſſe creditorum deciſum fuit affirmatiue. Ita *Maſul. ad Capic.deciſ.36.n.6.* quem ſequitur *Ricc.collect. deciſ.1726.*

[In

[In fine. Adde videndum ad ornatum *Fulu. Lanar. in addit, ad repet. D. Regen. Lanar. in §. ſed etiam res. num. 25. 26. & 27. per quos fiat inueſtitura.*]

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes. ſeu hæredes emphyteutæ, poſſunt petere confirmationem emphyteuſis finitæ per generationem finitam, & quid in emphyteuſi Eccleſia, & n. 6.*

2 Quid ſi hæredes eſſent extranei, & res non eſſet integra.

3 *Quid ſi agnati fuerunt negligentes.*

4 *Quid ſi emphyteuſis finiret ob canonem non ſolutum.*

5 *An poſſint repetere agnati non inſtituti hæredes concurrentibus extraneis hæredibus.*

7 Quid in emphyteuſi noua, & quia in feudis.

8 *Renouationem emphyteuſis Eccleſiaſtica. vt poſſit quis repetere, quænam debeant concurrere*

9 *Quæ ſit differentia inter emphyteuſim Eccleſiaſticam, & laicalem.*

10 *Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, an tranſeat ad extraneos.*

11 *Emphyteuſis, etiam Eccleſiaſtica, quando ad Dominum deuoluitur, deuoluitur cum omnibus meliorationibus, ſi ex culpa emphyteutæ deuoluitur.*

12 *Quid ſi emphyteuſis Eccleſiæ finiatur ob lineam non finitam, cui debeantur melioramenta.*

13 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an inter coniuges, & filios communicetur. remiſſiuè.*

14 *Dominus directus licèt, ſecundum multos, poſſit finito tempore emphyteutam expellere, tutius tamen eſt implorare iudicis auctoritatem.*

15 *Penſionarius non poteſt propria auctoritate beneficij poſſeſſionem capere ob nõ ſolutam penſionem.*

16 *Praxis circa præſtationem familiæ creditori habenti publicum inſtrumentum cum poteſtate capiendi, conſtituto, & precario pro capienda poſſeſſione bonorum obligatorum abſque citatione, in quibus caſibus limitatur.*

17 *Emphyteuta ſpoliatus re emphyteotica à Domino directo auctoritate propria, an ſit ante omnia reſtituendus, & quid ſi petierit Dominus poſſeſſionem captam confirmari.*

18 *Dominus poteſt conductorem in re conducta male verſantem, expellere.*

19 *Conductor vtens re conducta in alium vſũ, quam fuit conducta, cadit à locatione.*

20 *Antiquus conductor non poteſt in vltimo anno reſtipulare terram in præiudicium Domini.*

21 *Conductor, & emphyteuta ex quibus cauſis poſſint expelli à re conducta.*

22 *Emphyteuta, qui ſingulis annis canonem ſoluere iurauit, ſi non ſoluit, an poſſit ſtatim pelli ob periurium, non expectato biennio, &c.*

23 *A ſolutione canonis non excuſatur emphyteuta, niſi in totum res perierit.*

24 *Emphyteuſis dicitur quando penſio, quantumuis magna, ſoluitur in recognitionem directi dominij.*

25 *Conſanguineus, aut vicinus admittitur ad retrahendum pro ſe, non autem in beneficium alterius.*

26 *Prælatio datur Domino directo, ſi velit vti pro ſe. ſecus ſi pro alijs.*

27 *Renouatio emphyteuſis quando facienda ſit deſcendentibus, etiam ab Eccleſia volente pro ſe retinere.*

AD DECIS. VI.

1 N*Vm. 2. Bart.*) communis eſt opinio emphyteuſim per generationem finitam, & reuerſam ad dominum, deſcendentes, ſeu hæredes emphyteutæ, ſeu generationis finitæ petere poſſe confirmationem, & implorari officium iudicis pro renouatione *Horat. Mandoſ. ad Roman. conſ. 22. lit. H. Verall. deciſ. 230. lib. 1. Ludouic. deciſ. Lucen. 63. num. 20. Rot. Rom. deciſ. 195. par. 2. vol. 2.* & Eccleſia quando vult rem ipſam emphyteuticam alteri locare, tunc agnati admittuntur ad renouationem, ſed ſi nollet alteri concedere, & pro ſe retinere vti poſſet *Benint. deciſ. 19. Gamm. deciſ. 41. num. 2. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 11* ſignanter ſi Eccleſia hoc ageret ex cauſa *Bero. conſ. 98. ſub n.*
2 *16. vol. 1.* Ampliatur communis, quando eſſent extranei hæredes inſtituti, etiam ſi res non eſſet integra, & renouatio emphyteuſis facta foret in extraneo, proximiores ad-
3 mittantur *Pariſ. conſ. 8. num. 4. vol. 2.* Intellige ſi agnati non fuerint negligentes, ſecus ſi fuerint negligentes, quia tunc proculdubio illa valeret renouatio *Gozad. conſ. 86.*
4 Declara communem opinionem habere locum quãdo emphyteuſis expiraret per generationem finitam, ſecus ſi per canonem non ſolutum *Dec. conſ. 329. circa fin.* forti-
5 turque locum dicta communis, vbicunque petentes renouationem reperirentur inſti-

tuti

tuti hæredes, ſecus vero ſi extranei eſſent
inſtituti, quia tunc illi deberent præferri
Bero.conſ.98.num.9.10.& 27. vol. 1. inter-
pretatur quoque dicta communis opinio,
quod tam deſcendentes,& agnati, quam
collaterales, & cognati dummodo ſint hæ-
redes inſtituti renouationem petere poſſint
6 Hieron.Gabr.conſ.30.ſub nu.10.vol. 1. em-
phyteuſis rénouari debet agnatis etiam ſi
Eccleſiaſtica ſit Bero.conſ.98 num.3. & 45.
7 vol.1. vel etiam noua Ruin conſ.151.nu.16.
vol.1.quid in feudis vide D.de Pont.de poteſt.
proreg.tit de elect.official.§.3.nu.36.& ſeq.Is
8 qui renouationē emphiteuſis Eccleſiaſticę
petit duas debet habere qualitates,quarum
altera eſt, vt de deſcendentibus ſit vltimi
poſſeſſoris,vel ſaltim de agnatis, & cogna-
tis Peregr conſ.44.n.13.vol.4. Ceuall. comm.
contra comm q 194.Barz.decíſ.115. num.6.
altera eſt,quod ſit hęres prædicti vltimi mo
rientis Gamm.deciſ.326 num.5.Quæ ſit dif-
9 ferentia inter emphyteuſim Eccleſiaſticam
& laicalem,vide Ricc. in collect.deciſ.1290.
10 Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa pro ſe, &
hæredibus an tranſeat ad extraneos vide
Ricc.in prax.reſol.117.par 1. Mareſc.var.re-
ſol tomo 2 reſol.76.num.32. & ſeq. Martic.
de tacit.& ambig.lib.22.tit.9.num.2.& tit.
19.per tot vbi late, & præcipuus eſt ſi Ec-
cleſia paſſa ſit ſemel apud primum hęredem
extraneum tranſire ab eo exigendo cano-
nem,nam tranſibit etiam,quoad alios n.32
Emphyteuſis Eccleſię legitime facta cōceſ-
ſio,tunc ad hæredes extraneos trāſit, ſi tē-
pore cōceſſionis conſtaret de vtilitate Ec-
cleſiæ, & de ſollemnitatibus adhibitis alias
ſecus Magon.deciſ.Luten 12. Viu.deciſ.496.
Valaſ.de iure emphyt.q.43 Caldas de nomin:
q. 22. Emphyteuſis etiam Eccleſiaſtica de-
uoluitur ad dominum directum cum omni-
bus meliorationibus,& augumentis, quan-
do deuoluitur ex culpa emphyteutæ, ſecus
ſi abſque culpa de Franch.deciſ.191. Rot.di-
12 uerſ.186.par.2. vol. 2. Melioramenta em
phyteuſis Eccleſiæ finitæ ob lineam finitā
debentur non Eccleſiæ,ſed liberis,& deſcē-
dentibus emphiteutæ, vel hæredibus etiam
13 extraneis Menoch.conſ.111.vol. 2. Emphy-
teuſis Eccleſiaſtica,an inter coniuges, & fi-
lios communicatur vide Valaſc. de partit.c.
26.n.13.eruditiſſ.Giurb. in conſuet. Meſſan.
cap.1.gloſ 2 n.21.& 23.
Num.6.Gozad) vide Corbul. de iur.em-
14 phyt.tit.de cauſ.priuat. ob tempus finitum
& tit.de cauſ priuat.ob non ſolut.canon.q.13
Menoch.de adipiſc poſſeſſ.remed.5.à num.77.
ſed tutior eſt via implorare iudiciariam au-
thoritatem Viſcont. in ſuis concluſ. iur.fol.
15 35.Penſionarius, qui reſignauit beneficium
cum penſione non poteſt propria authori-
tate poſſeſſionem beneficii capere ob non
ſolutam pēſionem,licet verba regreſſus ſint
16 ampliſſima Ricc.in deciſ.247.par. 3. Praxis
circa præſtationem familiæ creditori habē-
ti publicum inſtrumentum contra ſuum de-
bitorem cum poteſtate capiendi conſtitu-
to,& precario in forma pro capienda poſ-
ſeſſione bonorum obligatorum abſque ci-
tatione in quibus caſibus limitatur vide
Rouit.in pragm. de conſeru.
17 Num.7.Corn.)Emphyteuta ſi fuerit pro-
pria authoritate à domino directo ſpolia-
tus re emphyteuta, vel ob alienationem
factam irrequiſito domino, vel ob cenſus
nō ſolutos, an ſit ante omnia reſtituendus,
& quid ſi dominus petierit poſſeſſionem
captam confirmari, & in hac ambiguitate
diſtinguitur,vt intelligantur omnes deciſio-
nes hinc inde adductæ, nam ſi emphyteuta
patiatur terminū dari in cauſa reſpectu pe-
titionis factæ per dominum de cōfirmatio-
ne eius poſſeſſionis,tunc ſi appareret in ter
mino de veritate reddituum nō ſolutorum
alienationiſq. factæ irrequiſito domino re-
ſtitutio fieri non debet,& proinde ſpolium
ceſſare, vt multoties fuiſſe deciſum in plu-
ribus cauſis tradit Vrſill.deciſ.392.ſub nu.
20.alias ſecus, at ſi pars emphyteutæ efflа-
gitet prius poſſeſſionem reſtitui obſtando
non dari terminum, tum quia ſpoliatus an-
te omnia ſit de iure reſtituēdus, debet poſ-
ſeſſio reſtitui, & ſpolium locum habebit, &
ita in ſimilibus cauſis deciſum fuiſſe conge-
rit Vrſill.loc.cit.in fin.num. 20.
18 Num 9.notat.)dominus poteſt cōducto-
rem male in re conducta verſantem expel-
lere, cum aliquibus conſiderationibus, vt
tradit Ludou deciſ.Peruſ.22.Paſchal. de vir.
patr poteſt.par.4.cap.6.num.50. & ſequ Me-
19 noch.conſ.372.vol.4. & vtens conductor re
conducta in alium vſum, quam fuit cōducta
20 cadit à locatione Merlin.deciſ.73. & anti-
quus conductor in vltimo anno non poteſt
reſtipulare terram in præiudicium domini
21 Mart.deciſ. 149. conductor ex quibus cau-
ſis poſſit expelli à re conducta vide Magon.
dec.Lucen.75.Maran. in tract. de remed.poſ-
ſeſſ.à num. 169. & quid emphyteuta vide
Caſtill.de vſufr.cap.25.Valaſc.deciſ.50.Gra
22 tian.deciſ.174.Emphyteuta qui ſingulis an-
nis canonem ſoluere iurauit, ſi non ſoluit
ſtatim ob periurium poteſt expelli non ex-
pectato biennio,vel triennio Caualc. in dec.
43.num.18.par.1.& deciſ.29.num.47.par.2
contrariam opinionem tenet Couar.in cap.
quamuis par.1.num.5.de pact.in 6. nam iu-

ramentum non poteſt alterare naturam
contractus, ac legis diſpoſitionem, vnde in
S. C. poſt ſentẽtiam celeri ſatisfactione eui-
tatur commiſſum, & ita fuit obſeruatum in
23 contingenti caſu *Anna. in ſing 286.* A ſo-
lutione canonis non excuſatur, niſi in totũ
res perierit etiam ſi canon ſit magnus *Surd.*
24 *deciſ.* 198. Emphyteuſis propię dicitur, quã-
uis penſio magna, & correſpondens fructi-
bus ſoluatur dummodo ſolutio fiat in reco-
gnitionem directi dominij, & conſtet de
emphyteuſi actum fuiſſe *Mareſc. var. reſol.*
lib. 2. reſol. 76. num. 11. 13. 14. 16. 24.
25 *Num 12. Boer.*) Conſanguineus aut vi-
cinus pro ſe, & in ſui vtilitatem admittitur
ad retrahendum, ſed non in alterius benefi-
cium *Coſt. de rat. port. q. 100. num. 3. Gail ob-*
ſeru. 19. num. 10. lib. 2. Gurb. deciſ. 59. nu. 12.
26 *Peregr. deciſ. 19. à num. 14. cum ſeq.* Prælatio
domino directo datur, ſi pro ſe vult vti, at
ſecus ſi in alterius commodũ *Vrſil. ad Aff.*
deciſ. 238. num. 6. de Pont. deciſ. 28. num. 12.
fieret enim fraus legi de perſona ad perſo-
nam, quod iure prohibetur *Menoch. conſ.*
756. num. 10.
Num. 14. Gozad. vide *Ricc. in prax. Ar-*
27 *chiep. Neap reſol. 116.* Renouatio emphy-
teuſis deſcendentibus eſt facienda, etiam ſi
Eccleſia vult pro ſe retinere, dummodo ad-
ſit cõſuetudo immemorabilis *Bal. in Auth.*
ſi quas ruinas C. de Sac. Sanct. Eccleſ & in
Rot. Rom in vna Nonantulan. bonorum 19.
Martij 1591. coram Mantica, fuit concluſũ
Illuſtr. Cardin, commendatarium non poſſe
pro Eccleſia retinere bona finita emphy-
teuſi per tertiam generationem, ſed teneri
ad renouandum ipſis deſcendentibus, ſicuti
ab immemorabili tempore fieri conſueuit.
Num. 17 Tiraquell.) & hanc ſententiam
amplexa fuit Rot. *in vna Brixien. feudi. 29.*
Aprilis 1587. coram Bubalo, & in cauſa
Cernien. bonorũ 25. Martij 1583. coram
Cardin. Seraphino.
Num 23. degunt) vt tangit *Ann. in ſing.*
338. vbi Fab. Ann. in addit. & ſic deciſum
per Sac. Conſil. in cauſa Io. Angeli Muſcatelli
cum Detio Campanile, qui ſtudijs vacabat
cum alio clerico in platea S. Mariæ à Can-
cello, vbi fuerunt producta decreta antiqua
ſimilia pœnes *Burrell. Actor. magiſtr. & di-*
ſpoſitio dicto cap. non procedit contra Nea-
politanos, & per conſequens, nec Caſalium
Ciuitatis *l. qui ex vico ff. ad municip.* & etiã
Caſalium Ciuitatis Neapolis diuiſorũ, quo
ad iuriſdictionem à Ciuitate *Nouar. in col-*
lect. ſup. Pragm. de meretr. & expelli nõ poſ-
ſunt ſcolares à domo conducta, etiã ob no-
uam neceſſitatem locatori ſuperuenientem
Coſm. Nepit. in conſuet. Catin. vn. *ſub tit. 29.*
de locat. Apotec. num 6. Paſcal. de vir. patr.
poteſt. par 4. cap. 6. num. 22. & à doctoribus
reponuntur inter miſerabiles perſonas, vt
eſt videre *apud Vin. deciſ. 65. num. 5. Capi-*
blanc. de Baron. pragm. 8. n. 102. [an habeãt
beneficium ne conueniantur vltra quam
facere poſſunt, vide *Baez in tract. de inop.*
deb. cap. 27. num. 26. non poſſunt capi pro
repreſaliis *Auth. habita C. ne filius pro patre,*
& eodem priuilegio gaudet pater, dum, it
ad videndum filium *Rebuff. in tract. de priui-*
leg. ſchol. priu. 77. num. primo, qui ſcholares
priuilegio ſcholariũ gaudeant declarat *Oy-*
notom. in §. item Roma *num. 6. inſtit. de ex-*
cuſ. tutor. quando præferatur ſcholaris Do-
ctori declarat *Boer. in tract. de Auctor. mag.*
conſ. num. 99. & 911.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quando poſſit vti beneficio Auth:*
Hoc, & an valeat renunciatio huius bene-
ficij, abſque iuramento, & an habeat locũ,
quando fuit renunciatum omni legũm au-
xilio.
2 *Hæres cum beneficio inuentarij, an poſſit*
tradere bona in ſolutum creditoribus, ita,
vt hi teneantur ea acceptare mediante ap-
pretio.
3 *Priuilegium inuentarij, quod præſeruet hæ-*
redem immunem ab omni damno, de quo
damno intelligendum. Explicatur tex. in l.
fin. §. & ſi præfatam, C. de iur. delib.
4 *Aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non*
poteſt.
5 *Filius adeundo paternam hæreditatem, an*
poſſit bonorum aduentitiorum alienatio-
nem à patre factam, impugnare.
6 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij te-*
netur habere ratum factum defuncti, qua-
tenus eſt in hæreditate. Et quando admit-
tatur contra factum defuncti.
7 *Inuentarium quando proſit in feudis.*
8 *Hæredes volentes agere reſciſſionem contra-*
ctus, non egent abſolutione iuramenti. Et
reatus periurij non tenet hæredem.
9 *Contra hæredem debitoris non poteſt in* Re-
gno procedi via executiua, niſi pro cenſibus
ſuper bonorum hæreditarijs.
10 *Hæredes defuncti delinquentis quando te-*
neantur ad pęnam pecuniariam.
11 *Officiali mortuo, an tranſeat in hæredẽ actio*
criminalis pro malis per eum geſtis.

AD

AD DECIS. VII.

NVm. 1. limitari.) & plures refert limitationes Ricc. in collect. 207. Theſ. deciſ. 153. Debitor non poteſt vti beneficio Auth. hoc niſi
1 quoties ei renunciauerit, ſed non valet renunciatio ſimplex ſine iuramento, vt voluerunt Lopez gloſ. 3 in l. 1. tit. 14. par. 5. Caroc. in tract. de obiat. 2. par. q. 10. num. 66. contrarium tamen, quod valeat talis renunciatio abſque iuramento, & ſimplex dixerunt Baez. de inop. debit. capit. 3. num. 99. Gutier. de iuram. confirm. cap. 29 num. 3. & ibi communem dicit, an beneficium dictæ Auth. habeat locum quoties fuerit renunciatum omni legũ auxilio vide Nouar. in prax. dat. in ſolut. par. 2. q. 4. limitatur diſpoſitio dictæ Auth. quando ſolutio eſt promiſſa à debitore creditori ſpecifice in pecunia cum iuramento Gutier. dict. cap. 29 num. 5. Bertaz. in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 41 gloſ. 5. num. 2. declara non procedere, quando ſuccedit caſus inſolitus, & inopinatus Trentacinq. var. reſol. lib. 3. reſol. 36 ſub num. 5. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 2. c. 9. n. 90.

Num. 10. de Caſtr.) Marsabren. ab Anguil. conſ. 3. & Anchar. Regien. quaſt. famil. 64. par. 2. præmittunt concluſionem tanquã indubitatam, & communem, quod hæres
2 cum beneficio inuentarii habeat hoc priuilegium tradendi bona in ſolutum creditoribus hæreditarijs etiam inuitis, & illi teneãtur accipere mediante appretio, & mouentur per tex. in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iure deliber ponderando illum tex. in tribus locis, primo dum in principio § dicitur, quod hæres non debet eſſe in damno dicunt ipſi, quòd ſi creditores non tenerentur in ſolutum accipere ſequeretur damnum hæredi, qui vendendo bona hæreditaria de euictione obligaretur, & in tali obligatione vertitur damnum. Secundò ibi in verſ. ſed & ſi legatarij, dum dicitur in tex. quod eis ſatisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipſis rebus, quaſi ſatisfactio ex ipſis rebus fiat ex illarum in ſolutum datione. Tertio ex verſ. ſin verò hæredes, ibi (res hæreditarias creditoribus, & legatarijs pro debito dederint in ſolutum) quaſi per talia verba videatũr expreſſum, quod creditores teneantur recipere in ſolutum: Sed ſi verba dicti tex. vel ad corticem inſpiciantur, tantum abeſt, vt potius appareat totum contrarium, & primò dum in eo tex. dicitur, quòd hæres non debet eſſe in damno, non propterea ſequitur, quòd creditores debeant eſſe in damno per receptionem bonorum in ſolutum, ſed pro indemnitate hæredis ſufficit ei, quòd ipſe vendere nõ cogatur, & in hoc bene verum eſt, quòd cõſiſtit eius priuilegium, nam nec cogitur vendere, ſi non reperit emptorem abſque propria ipſius obligatione de euictione, nec tenetur eſſe ſollicitus de vendẽdo, vt concludunt Doct. omnes in d. §. & ſi præfatam, ſed non ob id tenentur creditores accipere bona in ſolutum, præſertim quia hæredi conſultum eſſe poteſt, & creditoribus etiam abſque tali datione in ſolutum, eſt conſultum hæredi, quia ipſe non cogitur vendere, & ſufficit, quod relinquat bona vendenda à creditoribus iuxta conſilium Bal. in d. §. & ſi præfatam num. 1. eſt conſultum creditoribus, quia procurabunt ſubhaſtationem bonorum, vt ex illorũ pretio ſatisfiat ipſis creditoribus, & ſic non tenentur accipere aliud pro alio. Nec dicatur quod ſi vendantur bona ad inſtantiam creditorum non reperietur emptor pro iuſto pretio, & in hoc vertitur damnum ipſius hæredis, qui ex priuilegio inuentarij debet eſſe penitus ſine damno, nam hæc eſt ma-
3 xima æquiuocatio ſiquidem priuilegium inuentarii, per quod hæres præſeruatur indẽnis ab omni damno, non reſpicit damnum, quod imminet hæredi in bonis hæreditarijs, ſed illud, quod imminet in propria ſubſtantia ipſius hæredis, vt ſunt expreſſa verba tex. in d. §. & ſi præfatam in princ. ibi (nihil ex ſua ſubſtantia penitus hæredes amittant) vnde licet hæredes ex tali venditione faciẽda ad inſtantiam creditorum patiantur dãnum in minoritate pretii bonorum hæreditariorum, tale damnum in conſideratione eſſe non debet, vt præpõderet damno, quod patiuntur creditores ſi tenerẽtur aliud pro alio recipere, qui etiam debent eſſe in hoc magis priuilegiati ex quo creditores tractãt de damno propriæ ſubſtantiæ hæredes vero tractant de lucro, quod ſperant facere ex bonis hæreditariis, vt probat idem tex. in §. & ſi præfatam ibi nedum lucrum ſperãt facere. Secũdò neque probatur in verſ. ſed & ſi legatarii, nam in eo tex. datur hæredi facultas ſatisfaciendi creditori, vel legatario primo venienti, vel de ipſis rebus, vel de earũ pretio, ita vt per huiuſmodi ſatisfactionẽ non poſſit à creditoribus anterioribus moleſtari, & hoc eſt priuilegiũ de quo proprie in eo tex. ſatisfaciendi de ipſis rebus eſt intelligendum ciuili modo, & ne inducatur correctio legum, ſcilicet, vel quando ſunt creditores, aut legatarii ſpeciei, qui propterea omnino tenẽtur recipere ipſas ſpecies, vel quando ipſi ſua ſponte cõtentantur recipere res in ſolutum, licet ſine creditores

in pecunia, & non quod inuiti teneantur
recipere in ſolutum, quod in eo tex. nõ fuit
cogitatum. Ita pariter reſpondetur ad verſic. ſin verò hæredes imò ex eo patet clariſſimus intellectus totius §. *vt ſcilicet*, licet
hæredes dederint res hæreditarias in ſolutum creditoribus, quod intelligitur volentibus ſi ſunt in pecunia, vel etiam inuitis ſi
ſunt creditores in ſpecie, aut in pecunia ſatisfecerint, non propterea hęredes ipſi poſſint moleſtari à creditoribus anterioribus,
ſed his anterioribus ſint ſalua iura contra
poſteriores quibus ſatisfactum fuit, & ex
his colligitur verba *§. & ſi præfatam* eſſe
aliena à dicta opinione, & proinde, non recedendum à regula *tex. l. 2. §. mutui datio in*
4 *fin. ff ſi cert. petat.* quod aliud pro alio inuito
creditore ſolui non poteſt nec *Marcabr. &*
Anchar. opinio, quæ communis reputatur,
& fuit recepta *à Surd. in deciſ. 318.* cõmunis vere dicitur cũ imò potius reſultat communis opinio in contrarium ex numero doctorum relato *per Phanuc. in tract. de inuet. par. 5. num. 149. Rol. conſ. 14. num. 19. & ſeq. lib.* 1. qui nullam præſupponunt neceſſitatẽ
in creditoribus recipiẽdi bona in ſolutum,
ſed dant ſimplicem facultatem hæredi dandi bona in ſolutum creditoribus, & id eſt,
quod propie continetur *in dict. §. & ſi præfatam*, ſed ex tali facultate hæredi conceſſa
tradendi bona in ſolutum creditoribus inferre neceſſitatem in creditoribus recipiẽdi huiuſmodi bona in ſolutum in hoc eſt maxima æquiuocatio, & talis, vt æquitas inducta pro hærede ex priuilegio inuentarii reſultaret in maximam iniquitatem contra
creditores, quod imperator in eo tex. nunquam cogitauit, & in tribunalibus huius
Regni quotidie ad inſtantiam creditorum
bona exponũtur venalia, & ex pretio, quod
reperitur ſatisfit creditoribus [vt dicit poſt
alios *Flam. Monac. in addit. ad deciſ. min ad. 2 ſub num. 14.*

Num. 23. Doct.) adde *Barz deciſ. 63. Caſtill. deciſ. 64 num. 29. & 30. Riec. collect. de-*
5 *ciſ. 469* Filius paternam hæreditatem adeũdo, an poſſit bonorum aduentitiorum alienationem à patre factam impugnare *vide*
Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 1. cap. 2. à nu. 44. vſque ad n. 65. de Franch. deciſ. 665. quando actus eſt abſolutè, & ex omni parte nullus non prohibetur hæres contrahentis illum impugnare ſi nullum ius nullaq. obligatio penitus fundari ex eo poteſt in perſona defũcti alias ſecus, vt plene tradit *Phanuc. in tract. de inuent. par. 7. num. 149. 162.*
& ad regulam *tex. l. cum à matre vide 11. limitationes*, quas refert *Ludou. in comm. cõcl.*
16. à fol. 52. vſque ad 54. & vide Dom. *de Pont. in repet. feud. lect. 19. n. 7. Valenz. conſ. 69 n. 156.*

Num. 26. Lanar.) adde *D. Reg Tap in deciſ 2. num 202. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4 cap. 1. num. 17. Roſentall de feud. cap. 6.*
6 *concl. 69. num. 37. lit V.* Et hæres cum beneficio legis, & inuentarii tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus eſt in hæreditate *Loffred. conſ. 1. num. 169. Theodor. ab leg. 10. num. 13.* Non admittitur contra factum defuncti à quo tantundem recepit aliquibus tamen concurrentibus, vt refert D.
Tap dict deciſ. 2. num 405. & 421. & quãdo
7 inuentarium profit in feudis *vide Anna. conſ. 5 Reg. de Curt. in diuerſ feud § multoties cõcedere num. 25 Reg de Pont. de poteſt. proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 3. & in tit. de refutat feud. §. 8. num. 20.* [*Prec. de ſubſt. lib. 3 fol mihi 442. Io. Thom. de Marin de generib. et qualit. feud fol. 71. num. 18. & fol 87 num. 39. Fului. Lanar. in addit. ad repet.* Reg. *Lanar. in c. primo de ſucceſſ feud. n. 29 & ſequ.*]
8 *Num. 35 de Iur. Iur.*) proinde hæredes
volentes agere reſciſſionem contractus nõ
egent abſolutione iuramenti, cum reatus
periurii teneat iurantem non autem hæredem *Andr. Gail pract. obſer. lib. 1. obſer. 27. Carol. de Graſſ. in tract. de except. except. 12.*
9 *num. 27. & 28.* Nec contra hæredem debitoris, in Regno procedi poteſt via rit. executiua, vt legitur *in rit. 178 Bernard. Pand. de execut. Inſtrum par 2. declar. 3. num. 2.* nec
illud, quod ſtatuitur per Reg. *Prag. P. in tit. de cenſib.* quod contra hæredes, & vniuerſales ſucceſſores illorum, qui cenſualia vendiderunt detur prompta, & parata executio
realiter, & perſonaliter ſeruatur in M. C. V.
ſed tantum contra hæredes exequitur realiter pro cenſibus ſuper bonis hæreditariis
emanatis prius contra ipſos aliquibus præceptis, vel contra ipſos expeditur citatio ad
dicendum cauſam quare non debet contra
ipſos exequi pactum executiuum in inſtrumento adiectum pro ſolutione tertiarum,
per quos ad impediendum ſolutionem tertiarum poteſt opponi, & dici de nullitate
D. Tap in 4 tom. Iur. Regn. fol. 22. num. 137. & 138. vbi reperies, quid fuit deciſum ad
10 relationem D. Ferdinandi Quadra: Hæredes defuncti delinquentis quando teneantur ad poenam pecuniariam *vide Farinac. q.*
11 *10. Theſ. deciſ 144.* [an mortuo officiali trãſeat in eius hæredem actio criminalis pro
malis per eum geſtis vide *D. Reg. Moles in deciſ. Reg. Cam ſub tit. de offic. q. 3.*]

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Releuium quid ſit, & à quo, & quare ſoluatur, & an in illo contribuant ſecundo geniti.*

2 *Releuium duplicatum debetur, niſi fuerit denunciata mors feudatarij. Et quid ſi fuerit venditum feudum, & mortuo venditore hæredes eius mortem non denunciauerint, an debeatur duplicatum releuium ab emptore.*

3 *Quid ſi ex iuſta cauſa mors non fuerit denunciata.*

4 *Releuium quinam teneantur ſoluere, & n. 5.6.7.& 9.*

8 *Releuium an ſit minuendum propter onus vitæ militiæ.*

9 *Releuium debetur per mortem* Comitis *nedum pro ſuis caſtris, ſed etiam pro ſubfeudatarijs, quibus aliqua caſtra fuerunt alienata.*

10 *Releuium non debetur ex feudo donato alteri cum aſſenſu, reſeruato vſufructu donãti, morte concedentis ſequuta.*

11 *Releuium non debetur ex bonis feudalibus, donatis contemplaoione matrimonij.*

12 *Quid ſi ineſſet reſeruatio in donatione alicuius quantitatis, an debeatur releuium.*

13 *Feudatarius non tenetur ſoluere releuium, ſi eodem anno fuerit impoſita adhoa, & ipſe ſoluerit.*

14 Releuium *non debetur per mortem illius, cui conceſſa fuerat annua prouiſio ſuper fructibus feudi.*

15 *Releuium non debetur à vaſſallo refutante omnia feuda, non in fraudem, debetur tamen per mortem eius, cui facta eſt refutatio.*

16 R*eleuium an debeatur deductis oneribus.*

17 Feudo *vendito cum pacto de retrouendendo, ſi venditor redimat ad hærede emptoris, debetur releuium.*

18 *Deciſio S.C. aſſertur, quod actio exigendi releuium, eſt mere perſonalis, nec datur contra tertium poſſeſſorem.*

19 *Feudo refutato, quando, & qualiter debeatur releuium. remiſſiuè.*

20 *Ex feudo ruſtico non acquiritur nobilitas: ſecus ex feudo nobili, & quodnam dicatur feudum nobile.*

21 *Baro nobilitatur ex multitudine, & nobilitate vaſſallorum.*

22 *Feudum nobile, vt nobilitet, debet eſſe quaternatum.*

23 *Habens feudum nobile quaternatum annui valoris vnciarum 20. habet vocem in parlamento.*

24 *Baronalis dignitas quando dicatur* Re*galis.*

25 *Barones quibus fauoribus decorẽtur. remiſſiuè.*

26 *Barones, & officiales maiores non poſſunt carcerari inconſulto Prorege.*

27 *Offendens baronem non poteſt gaudere indultu.*

AD DECIS. VIII.

N*Vm.2, pro releuio)* Adde *Ricc. in collect. deciſ. 2515. verſ. ſed pro or*
1 *natu par. 7.*
Num.3. Loffred.) Releuium eſt
moribus inductum, illiuſque ſolutio fit Re-
gi, vel domino per ſuccedentem in feudo *de*
Franch. deciſ. 121. ſubdens, releuij quantitatẽ
eſſe medietatem fructuum feudi illius anni,
quo moritur feudatarius, & ſequitur *Conſi-*
liar. Georg. alleg. 18. num. 23. [Eſt onus pri-
mogeniti releuium *Maſtrill. deciſ. 112. n. 13.*
nec vnquam fuiſſe practicatum ſecũdo ge-
nitos contribuere in releuio teſtatur *Reg.*
Tap. in deciſ. S.C. 14. nu. 21.] ſoluitur rele-
uium domino à ſucceſſore in feudo ob re-
nouationem, & confirmationem inueſtitu-
ræ, & in ſignum deuotionis, ac reuerentiæ
2 *Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 38. n 7 par. 1.* rele-
uium dupplicatum debetur fiſco niſi fuerit
denunciata mors feudatarij, vt fuit deciſum
annis elapſis in Regia Camera, & ſi feuda-
tario vendente feudum cum aſſenſu Regio
per verbum fiat in memoriali expreſſum
tradente poſſeſſionem, nec curante mortẽ
patris denũciare dummodo tempore mor-
tis feudum non ſit in eius dominio, emptor
non teneatur ad dupplicatum releuium, cũ
ſit onus hæredis denunciare mortẽ, & hæc
in facto dictæ deciſionis cernebantur, vnde
fuit abſolutus emptor à ſolutione releuij,
& quando venditor non denunciat bene
tenetur ad dupplicatum releuium, vt dixit
Vrſill. in addit. ad Affl. deciſ. 129. num. 2. & ſi
3 ex iuſta cauſa non denunciaretur mors, ceſ-
ſabit omnis pęna, & demum vbi nõ eſt cul
pa, nec pęna eſſe debet venditor ad ſimplex
releuium tenetur, & emptor ad reſtituen-
dum venditori quidquid fuerit ſolutum cu-
riæ in caſu, quo voluerit feudum retinere
4 *Ann. alleg. 95.* Releuium tenetur ſoluere
etiam hæres, qui redemit feudum poſt mor-
tem feudatarij per eum in vita alienatum
cum pacto retrouendendi, vt bis fuiſſe deci-
ſum in Reg. Cam. refert *Frecc. de ſubfeud. lib.*
5 *2. Author. 3. num. 114.* Releuium debet etiam
ſolui per pupillum, vt pluries fuiſſe deciſum
teſtatur *Præſ. Mormil. in ſuis ſingular. in*

conſtit.poſt mortem ſub num 8.fol. mibi 93.
*Ricc.collect.decis.*2041.alias citat deciſiones
*& Conſiliar Rou.in pragm.*2.§. *item volu-*
*mus,& mandamus nu.*4 *de offic. procur. Ca-*
*ſar.*vbi aliam refert deciſionem. Releuium
debetur etiam à patre refutante feudum
filio,cui ipſe pater ſuccedit iure reuerſionis
per mortem filij, vt fuiſſe deciſum teſtatur
Bambacàr.in cap.ſi minori ſi de feud defunct.
*cont.&c.num.*21.*& ſequ.* in cauſa Principis
Biſiniani refutante feuda eius filio præmor-
tuo cui ſucceſſerat. Debetur pariter rele-
7 uium *R*egiæ Cameræ ob donationem feudi
inter viuos facta à patre filio ex aliqua cau-
ſa,cum clauſula ex nunc tantum, vt refert
fuiſſe deciſum D. *de Pont. in prælud. feud.*
*lect.*2.*num.*53 *& præcipuè in* Reg.Cam.*ſum.*
in cauſa Federici Tomacelli cum fiſco ſub-
dẽs ſecus eſſe ſi donatio facta fuerit ex clau
ſula ex nunc pro tunc, nam ſecuta morte
non debetur releuium *Thor. in Compen.de-*
*ciſ.par.*1.*fol.* 452. Releuium an ſit minuen-
8 dum propter onus vitæ,& militiæ,ita quod
ab ipſo releuio ſit deducendum, quod ſol-
uitur pro ipſa vita,& militia, fuit deciſum,
quod non *Iacob de Ayell. in tract. de iure*
*Adhoa num.*48.*in fin.Reg.de Pont.de poteſt.*
proreg.tit.de aſſenſus Reg.§.4.*nu.*30. [& ita
deciſum fuit pluries in Reg.Cam.vt videbis
decreta in lib.notam.die 26.Iunij 1565.in
releuio Ducis Andriæ,vbi idem fuit iudica-
tum,& de vita militiæ,quæ debetur patruo
feudatarij,& ita iudicatum in releuio prin-
cipis Sulmonis referente Io.Fran.de Armi-
nio rationale die 6 Octobris 1569. & ita
fuit ſæpius iudicatum,quoad alias expenſas,
quæ fiunt pro cuſtodia Caſtri.*Reg. Moles in*
9 *rubr.de iur.releu.q.*x.]Debetur ẽt per mor
tem Comitis nedum pro ſuis Caſtris, ſed
etiam pro ſubfeudatariis ſuis,quibus fuerũt
alienata multa Caſtra, vt in cauſa Principis
Salerni refert *Ayell. in dict. tract. de iure*
10 *adhoa num.* 85. non debetur ex feudo do-
nato alteri cum aſſenſu reſeruato vſufructu
donati morte concedentis ſequuta,cũ feu-
datarius veniret ad feudum ex contractu,
& non ex ſucceſſione, vt fuiſſe deciſum in
Regia Cam.in occurrenti caſu refert *Frec.*
*de ſubfeud.lib.*2.*Authar.*3.*num.*17. *de Pont.*
de poteſt proreg.tit 8.§.4 *num.*3,vbi in fine
refert fuiſſe deciſum, & tradit aliam limita-
11 tionem, ex bonis feudalibus donatis con-
templatione matrimonii, & hoc in cauſa
Principis Melfiæ, & in cauſa Comitiſſino-
12 polis: Sed quando ineſſet reſeruatio in do-
natione alicuius quantitatis, fuit deciſum
in Regia Camera in cauſa Ducis Magdalo-
ni,qui poſt refutationem ducatorum centũ
mille,quos donauerat Eccleſiæ Sanctæ Ma-
riæ Annunciatæ, eſſe ſoluendum releuium
pro medietate, ideſt quarta parte introi-
tuum,teſte *Molfeſ.in conſuet.Neap.par.*3.*q.*
13 8.*num.* 7. Feudatarius non tenetur ſoluere
releuium,ſi eodẽ anno fuit impoſita adhoa,
& ipſe ſoluerit adhoam,vt fuiſſe deciſum in
Regia Cam.ſumm. refert *Frecc.de ſubfeud.*
*lib.*2.*author.*3.*num.*26.*Paſchal.de vir. patr.*
14 *poteſt.par.*4.*cap.*1.*num.*14. Nec debetur de
annua prouiſione fructuum feudi per mor-
tem illius,cui erat facta conceſſio prouiſio-
nis,vt fuiſſe deciſum refert *Ayell.in tract.de*
15 *iur.adhoa num.*164.quia erat facta mencio
de feudo,nec eſt ſoluẽdum releuium à Vaſ-
ſallo refutante omnia feuda non in fraudẽ,
ſed ob matrimonium contrahendũ, ſed be-
ne debet ſolui per mortem illius, cui facta
eſt refutatio,vt fuiſſe deciſum in Collatera-
li Conſilio facto verbo per Regiam Came-
16 ram refert *Ann.ſing.* 568.An debeatur rele-
uium deductis oneribus vide *Maſtrill.deciſ.*
17 112.Releuium debetur ſi mortuo feudata-
rio, qui tenebat feudum emptum cum pa-
cto retrouendendi venditor virtute pacti
reemit feudum ab hærede *Nouar. in q. Fo-*
*renſ.*74.*num.*5.

*Num.*7.*contrarium*) vide deciſiones re-
latas ſuper hoc per *Annib. Moles in ſuo*
tract.manuſcripto de Regal. Reg.*Neap.in*
Rubr.*de iure releuij q.*6.*ſed ſecundum deciſ.*
18 *Auctoris fuit iudicatum in S.C. referente*
Reg.*Conſiliar.Angulo in cauſa Illuſt.Mar-*
chionis Cuſani cum multipheo de Pauſe die
14.*Maij* 1626.in banca de Ferrariis nũc de
Simeone. [feudo refutato quando,& qua-
liter debeatur releuium vide eundem D.*Mo*
*les in q.*13.

*Num.*10.*Andr.*) Animaduertendum eſt,
19 ſi ſit feudum ruſticum,aut nobile, ex feudo
enim ruſtico non acquiritur nobilitas,& ſic
dignitas,& ita quendam fuiſſe condemnatũ
ad Regias triremes non obſtante conceſ-
ſione feudi ruſtici conceſſa ab Illuſtr. Prin-
cipe Biſiniani,& fuiſſe deciſum refert *Reges*
*de Curt.in ſuo diuerſ.feud.par.*1.*n.*4. ex feu-
do vero nobili omnes dicunt acquiri nobi-
litatẽ,& hoc ex tenore inueſtituræ cogno-
ſcitur ſi dominus dicit,quod inueſtit vaſallũ
in feudum nobile,& gentile, & hæc verba
videntur appoſita ad fauorem Vaſalli, non
rei feudalis, cum res propter perſonas di-
cantur, & hoc modo dicitur nobilis *Tira-*
21 *quell.de nobilit cap.*7.*num.* 4. ac eo magis
baro nobilitatur ſi habet vaſallos vna inſi-
mul cum iuriſdictione annexa, imo ſi vaſal-
li ſunt nobiles,& nobiliores,& nõ ſint mo-
dici, ſed numero multo baro vocatur no-

bilior

bilior *Capic.deciſ.27.num.21.* feudum nobi-
22 le quaternatum debet eſſe, vt quis nobili-
tetur *Conſiliar.Georg.in lect. feud.ca.7.* Ha-
23 bẽs feudum nobile quaternatum annui va-
loris vnc.20.aſſiſtit in parlamento procerũ,
& Magnatum, & dat vocem cum aliis Ba-
ronibus Regni *Paſcbal. de vir. patr. poteſt.*
24 *par.4 cap.2.num.42.* Baronalis dignitas re-
galis eſt quotieſcũque baro habuit terram
ſub titulo baroniæ *Cabed. deciſ. Luſit.* 104.
25 *Capiblanc.in rubr.de Baron.num* 13. Fauo-
res,& beneficia quibus decorantur tam in
iudiciis,quam extra barones, & alii titulati
recenſet *Maſtrill. in tract. de magiſtr.lib.4.*
26 *cap.13* Licet M.C.ſit iudex competens ba-
ronum, non tamen poſſunt carcerari,niſi
conſulto Prorege, quod obſeruatur etiam
cum officialibus maioribus vti præſidibus
prouinciarum, & auditoribus, nam prius
referri debet Proregi,antequam M.C.pro-
cedat ad carcerationem *de Pont. de poteſt.
Proreg.tit. de aſſenſ.§.7.* dicuntur barones
officiales Regii perpetui magiſtratus, & or
dinarii,ita quod offendẽs eos dicitur offen-
27 dere Regium miniſtrum,& non poteſt gau-
dere indultu *Maſtrill.dict lib 4. cap.15.Ca-
piblanc.in rubr.de baron.num. 56.*

Di.Iac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Morti proximus habetur pro mortuo.*
2 *Sententia ad fauorem mortui eſt nulla.*
3 *Valet ſententia contra mortuum,fauore Ecclesiæ,aut libertatis,& generaliter quando valida ſit ſententia contra mortuum.*
4 *Sententia lata contra Prælatum Eccleſiæ mortuum,non dicitur nulla.*
5 *Mortuo eo,cum quo incepta fuit lis, transfertur iudicium in hæredem, vbi qualiter exequatur ſententia contra hæredes, mortuo reo condemnato.*
6 *Citato debitore abſente,aut infirmo,quid ſeruetur in M.C.V.*
7 *Inſtrumentum non liquidatur exiſtente creditore infirmo.*
8 *Inſtrumentum qualiter liquidetur per creditorem carceratum.*
9 *Inſtrumentum,vt liquidetur à ceſſionario, an requiratur etiam præſentia cedentis.*
10 *Inſtrumentum non poteſt cõtra prodigum liquidari via ritus,*
11 *Inſtrumentum an poſſit liquidari per infãtem cum eius tutore.*
12 *Inſtrumentum cuiuſuis non recipientis iuramentum de facie ad faciem (excepto hærede) non liquidatur.*
13 *Liquidatio inſtrumenti facta contra eum, qui eodem die deceſſit,eſt nulla.*
14 *Contumax non dicitur,qui non tenetur cõparere, & contra eum non currit peremptorium.*
15 *Ritus 266.& 267.declaratur.*
16 *Infirmus non potens comparere, quando teneatur mittere excuſatorem, ad impediendam liquidationem.*
17 *Sententia lata contra mortuum, aut grauiter febricitantem eſt ipſo iure nulla, etiam Iudice ignorante.*
18 *Morbo epileptico laborans eſt inhabilis ad ſacros ordines,& ad beneficia.*
19 *Reſtitutio in integrum,niſi ſit petita,non eſt conſiderabilis.*
20 *Hæres annullans ſententiam latam contra defunctum,an petat beneficia.*
21 *Quænam exceptiones poſſint in promptu, Curia ſedente,opponi, ad impediendam liquidationem,& quæ dicatur probatio prompta.*
22 *Teſtes per debitorem producti ad probandã ſatisfactionem,poſſunt in banca recipi poſt præſentationem inſtrumenti.*
23 *Creditor replicans aduerſus promptuariam probationem debitoris, non eſt audiendus niſi dato termino.*
24 *Liquidatio inſtrumenti, an impediatur exceptione compenſationis, & quid in exceptione non numeratæ pecuniæ, & in exceptione rei non traditæ.*
25 *Exceptio falſitatis quomodo probetur,& an impediat liquidationem inſtrumenti, vbi latè de aliys exceptionibus.*
26 *Exceptiones ad impediendam inſtrumenti liquidationem quando debeãt fieri à principalibus,& quando à procuratoribus.*

AD DECIS. IX.

1 NVm.3.*Doct.*) In extremis laborãs
aut de proximo moriẽs ꝓ mor-
tuo iudicatur *Gratian.diſcept.Fo-
ren.711 n.4.tom.4.*
Ibidem concordat) adde *D. de Franc.de-
ciſ.245.num.2.Cornaz.deciſ.Lucen.145 n.4.*
2 etiam ſi eſſet ad fauorem mortui ſententia
eſt nulla *Polid.Rip.ſing.obſer.*23. *Verall. de-*
3 *ciſ.140.lib* 3.valet ſententia contra mortuũ
fauore libertatis,& Eccleſiæ fauore, & vti-
litate *Verall in dict. deciſ.* contra mortuum
lata,quando valida ſit *vide Caſtill. deciſ.60.*
4 *Maſtrill.deciſ.137.* Lata contra Prælatum
Eccleſiæ mortuum non dicitur nulla *Rouit.
in pragm.5.num 31. de offic. Sacr.Reg Conſ.*
Quan-

5 Quando lis eſt cepta cum defunſto, qui,ea
nondum finita, moritur, tunc proceditur
tranſlato iuditio in hæredem *Barz. dec. Bo-*
non 48.num.23.& qualiter concipiatur ſẽ-
tentia lite contexata cum defunſto *vide*
Borrell. in ſumm deciſ. tit. 30. nu. 386. & ſeq.
tom. 2.& qualiter exequatur ſententia con-
tra hæredes mortuo reo condemnato *vide*
D. *de Franch. deciſ. 199. & 405.* Borrell. *conſ.*
90 cent. 1.

6 *Num. 6. imputari*) Quid ſeruetur in pra-
ſtica, quando citatur ſuper tenore inſtru-
menti in M.C.V. debitor abſens, qui repe-
ritur infirmus,& quid in Ciuitate *vide Bor-*
rell. in ſumm deciſ. tit. de Inſtrum. liquidat.
num. 65. par. 2 Galter in prax. Inſtrum in 3.
7 *par. princ. rubr. 6. num 4.* Non liquidabitur
inſtrumentum exiſtente creditore infirmo
Franc. Ant. de Iudic. Robert in prax. liquidat.
Inſtr. conſider 4. num 6. de Franch deciſ 676.
vbi ait fuiſſe concluſum in S.C. quod ob in-
firmitatem creditoris non debet iudex ac-
cedere ad domum eius pro facienda liqui-
datione,ea ratione, quia domus creditoris
non eſt locus iudicii aſſignatus, in quo fuit
citatus,& ad illius domum non tenetur ire
ad opponendum ſuas exceptiones *Verall.*
8 *deciſ. 274 num 4. lib. 3.* Qualiter liquidetur
per creditorem carceratum *vide Robert. in*
pracit. conſider 4 num 25 Thor. in compend.
9 *deciſ par. 1. fol 323* Et quomodo liquidatur
inſtrumentum per ceſſionarium,& ſi requi-
ratur præſentia amborum videlicet ceden-
tis,& ceſſionarii *vide Viſcon. ad deciſ. de*
10 *Franc. 353.* Contra prodigum non poteſt
liquidari inſtrumentum via rit. etiam quod
inſtrumẽtum fuerit celebratum ante inter-
dictam adminiſtrationem *de Franch. deciſ.*
672. Camill. de Medic. conſ 39. Paul. Staib.
conſ 30.& ſi contrarium voluerit *Rouit. in*
11 *pragm. 4. num. 17. de inſtrum. liquid.* An poſ-
ſit inſtrumentum per infantem cum eis tu-
tore liquidari *vide Puluer. in addit. ad dict.*
12 *Rit. in 3 tomo D. Tap. fol. 239.* inſtrumẽtum
ad inſtantiam creditoris legatarii, vel cu-
iuſuis non recipientis iuramentum de facie
ad faciem (excepto hærede) non liquidabi-
tur *Cara rit. 178. num 11.*

13 *Num. 5. condemnatio*) liquidatio inſtru-
menti,etiam ſi facta fuiſſet in illa die in qua
moribundus deceſſit vti nulla reuocatur nõ
obſtantibus fundamentis adductis per Au-
ctorem,primum non infringit concluſionẽ,
licet cõcurrat iuſtitia liquidationis,eo quia
deficit perſona citati, quæ vti infirma mor-
bo graui,non tenetur comparere, vt in sũ-
mario *dicta l. quæſitum notat Bart. ibidem,*
14 & qui comparere nõ tenetur nequaquam
efficitur contumax ſi non comparuit, cum
ille,qui non arctatur comparere non pote-
rit dici contumax *Surd. deciſ. 26. num. 7.* &
contra illum,qui contumax fieri nequit nõ
currit peremptorium,& ſine peremptorio,
citatio nulla iudicatur *Robert in pracit. q. 4.*
num. 30. & 31. ideo Iudex procedendo ad
liquidationem contra non citatum, aut ci-
tatum,& comparere non obligatum, inde-
bite,nulliter,& iniuſte agit, & ſic quo ad
hanc partem liquidatio eſſet nulla, & pro
15 non facta iudicaretur, Secundum *fundam.*
non obſtat, quia rit. 266. & 267. nequaquam
dicunt requiri excuſatorem infirmitatis,ſed
tantum dicunt poſſe mitti excuſatorem
per abſentem,vel infirmum, idcirco diſpo-
ſitio *d. l. quæſitum* non infringitur per rit.
16 miſſio autem excuſatoris requiritur quan-
do cauſa liquidationis eſſet incepta, vt *Iaſ.*
& cæteri DD. *probant in l. 2. §. ſi quis in iu-*
dicio ff. ſi quis caut. & poſt inceptam ſuper-
ueniſſet infirmitas, nam tunc requireretur
excuſatio,& infirmitatis allegatio. Tertium
fundam. etiam tollitur, nam DD. citati per
auctorem admittunt ſentẽtiam dici nullam
etiam ignorãte iudice, ſed non ipſo iure, ſe-
17 cundò,& fortius,nam ſententia lata cõtra
mortuum dicitur ipſo iure nulla,etiam iu-
dice ignorante *de Franc. deciſ. 245. & Bart.*
ac alij in dicta l. quæſitum dicunt reum fuiſſe
impeditum,non teneri mittere excuſatorẽ,
ideo ſi excuſator in allegatione iuſti impe-
dimenti de iure non requiritur, merito ſciẽ-
tiam iudicis de impedimẽto non requiri eſt
firmandum, quia ſi hoc in caſu eſſet neceſ-
ſaria ſcientia,fruſtra daretur priuilegium
infirmo,vt non teneatur allegare infirmita-
tem argumento eorum,quæ in his terminis
docet *Io. Andr. ad ſpecul. tit. de procur. §. ra-*
tione quoque in fin. imò magis grauaretur ſi
oporteret iudicis ſciẽtiam deducere de ſuo
impedimento, ad quam inducẽdam fuit in-
uenta allegatio impedimenti: ideo vbi quis
allegatione immunis ſit, & immunis repu-
tari debet ſuper probatione eius, quod al-
legare non tenebatur. Quartum, & vltimũ
fundamentum tollitur etiam faciliori reſo-
lutione,nam ſi verum ſit in obligatione dã-
di,& ſic in promiſſione certæ quãtitatis nõ
committi moram, non per hoc contra im-
peditum hoc iuſto impedimento licet mo-
roſum dari poterit ſententia,aut decretum,
eo quod nulliter fertur ſententia contra fe-
bricitantem grauiter, licet mora commit-
tatur,quia actio non denegetur,ſed condẽ-
natio,aut quolibet aliud iudicium, per mo-
dum decreti durante impedimento *dict. l.*
quæſitum, tex. enim ille annullat pronunciã
iudicis,

iudicis,non autem impedit commiſſionem
moræ.
18 *Num.7.de elect.*) Morbus epilepticus eſt
nimis turpis,& flagitioſus atque iſto labo-
rans eſt inhabilis ad ordines ſacros *Verall.*
deciſ.Rot 48.num.3.& 238.num.3.par.2.&
nec eligi,nec poſtulari poteſt,quia eſt inha-
bilis ad beneficia *Pariſ.lib de reſignat beneſ.*
cap.6.num.105. & ſaltem per annum cura-
tum eſſe requiritur,vt non repellatur *Man*
doſ.in tract.de caſib.Annal.num.87.cap.1.7.
quæſt.2.
19 *Num. 18. Abb.*) niſi ſit petita non eſt
conſiderabilis *Couar var reſol.lib .1. cap.3.*
20 *num.5.*hæres ſententiam cōtra defunctum
latam annullans, an beneficia petat *vide*
Imbrian in tract.de 1.& 2.beneſ.conſider.9.
n.104.& ſequ.
21 *Num.21.probantur*) exceptiones, quæ
poſſint in promptu curia ſedente opponi,
& probari ad impediendam liquidationem
reaſſumit *Frecc de præſent.inſtrum par. 9.q.*
9.Rouit.in rubr.de inſtrum. liquidat. num.
30 & ſequ.Robert.in prax.liquid.conſider.4.
à num.52.Galter.in prax inſtrum. 2. par.3.
& vltim.par princ.num.27. & quæ dicatur
probatio proptuaria *vide Frecc. in d.tract.*
22 *par.16 q.1.*hinc teſtes, qui per debitorem
ad probandum ſatisfactionem producūtur
poſſunt recipi etiam poſt inſtrumenti præ-
ſentationē,ſed in banca tantum *D de Boct.*
in addit.ad rit.166.fol.241.in opere D. Tap.
& recipiuntur,quoad ſatisſactionem tantū
& iſti teſtes,qui de ſatisfactione deponunt
requiritur,vt ad illum actum ſint rogati,nec
ſufficit,vt propter aliud opus ſecundum
D.Boct. loco cit.num.30. vbi quotidianum
reputat,licet aliæ exceptiones opponantur
in promptu,& ita fuit iudicatum per M.C.
V.de anno 1612.& confirmatum in S.C.vi-
deatur in pulcro caſu *Thor.in compen.deciſ.*
23 *par.1.fol.275.* Verùm creditor, qui vult
replicare aduerſus probationē promptua-
riam debitoris non eſt audiendus,ſed ordi-
nariè dato termino audiri, & agere debet,
quia *dict.rit.166.* non cōcedit illam niſi de-
bitori ad tollendum illius rigorem,vt euitet
carceres,ita oſtendit Rob*er.in dict.conſider.*
7.num.54.Gait.in tract.de credit cap.3.tit.1.
24 *num.1166.* an inſtrumenti liquidationem
compenſationis exceptio impediat *vide Vi*
*ſcont.in concluſ.iur.verb debitor,*quid de ex-
ceptione non numeratæ pecuniæ *late Pa-*
ſchal.de vir.patr.poteſt.cap.8.num.82.& ſeq.
quid in exceptione rei non traditæ,vel non
liberæ *Dec conſ.* 119: & an tunc non operē-
tur clauſulæ conſtituti,& præcarij,vt poſſit
25 liquidari *Gam deciſ.Luſit.239.*an petita de-
poſitio principalis impediat liquidationem
quid in exceptione falſitatis,& de modo il-
lam probandi *Bal.in l.in exercendis C.de fi-*
de inſtrum.pugn.it.in pragm.4 num.40.de
*falſ.*quid ſi opponatur exceptio pluralitatis
perſonarum,& producitur fides, vel alia
probatio in promptu ex qua conſtat repe-
riri alium maxime in eodem loco eiuſdem
nominis,& cognominis,dicas,quod non ſo
lum impeditur liquidatio, ſed executio, vt
fuit obtentum facto verbo in S. C. pro Sal-
uatore Vallone, quod capiatur informatio
circa identitatē perſonæ, & interim ſuper-
ſedeatur in exequendo ad relationem *Con-*
ſiliar.Io.Bapt.Melior. de anno 1620. quid
in exceptione litis pendentiæ ſuper ceſſio-
ne bonorum *Brun.in tract.de ceſſ.bon.q.12.*
princ. vel ſuper reſciſſione eiuſdem inſtru-
menti,puta coram Epiſcopo de vſura *An-*
gel.in l.4.§.condemnatum ff. de re Iudic. vel
coram arbitris vigore cōpromiſſi facti ſer-
uata forma ſtatuti circa contenta in inſtru-
mento,quod liquidari petitur, quod tunc
impediri poſſit liquidatio, refert deciſum
Thor in comp.dec.verſ.inſtrumentum liqui-
26 *dari an poſſit par.1.* & oppoſitio dictarum
exceptionum debet fieri à principalibus,&
quando à procuratoribus,*Muſcat.in prax.*
S.C.gloſ.exceptiones par.2.verſ. an exceptio-
nes.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Doctor ſola dignitate Doctoratus dicitur nobilis accidentaliter.*
2 *Quando preferatur nobili genere nato.*
3 *An ſit immunis ab onere guardia, & hoſpitationis militum in ſua domo.*
4 *Non poteſt renunciare priuilegijs* Doctora*tus.*
5 *Popularibus diuitibus,& perſonis honeſtioribus non infliguntur pęnæ ignominioſæ.*
6 *Nobiles tam in impoſitione, quàm in executione pęnæ mitiùs puniuntur.*
7 *In crimine falſi non habetur ratio nobilitatis.*
8 *Nobiles dicuntur eſſe in dignitate, & qui ſint effectus nobilitatis.remiſſiuè.*
9 *Nobilitas ſanguinis non amittitur pro contrarios actus: ſecus eſt de nobilitate accidentali.*
10 *Nobilitas fratris an tranſeat in fratrem.*
11 *Nobilis in vno loco non eſt nobilis in alio.*

Nobilis

Digitized by Google

12 *Nobilis vnius ſedilis non debet habere ſuf-
ſragia in alio.*
13 *Nobilitas quibus modis probetur.*
14 *Lite pendente ſuper nobilitate, an qui ſe no-
bilem eſſe contendit ſit manutenendus in
poſſeſſione*
15 *Filiorum nobilitate parentes honeſtantur.*
16 *Mulieris nobilitas obumbratur ſi nubat vi
ro ignobili, niſi ſit in maxima nobilitate
conſtituta.*
17 *Quid quoad ea, quæ ſunt præiudicialia ſuo
honori.*
18 *Quid ſi maritus ſit diues.*
19 *Agricultura non eſt ars mechanica, ideo no-
bilis illam exercens non amittit nobilita-
tem.*

AD DECIS. X.

NVm 2. vulgatiſſimis) Adde *Viu. in
Sylu. com. opin* 197. *de Franc. de-
ciſ.* 504. *nu.* 3. *Maxill. in conſuet.
Bar. fol* 54. *num.* 17. Maran. *conſ.*
25. *num* 20. & ex doctorum ſcientia mũdus
illuminatur, & niſi eſſent in tenebris eſſe-
1 mus *Gramm. vot.* 1 *num.* 9. & 10. doctor ſo-
lâ ratione dignitatis doctoratus nobilis ac-
cidentalis dicitur *DD. in l* 1. *C. de dignit. lib.*
12. quando præfertur nobili genere nato *vi-
de Zappull in præfat pragm* 5 *nu.* 67. & *ſeq.*
3 *de adminiſtr. vniuer.* Doctor non tenetur ad
guardiam, ſiue cuſtodiam *Mut. in cap.* Regn.
Sicil. cap 474 *num.* 2 *tom.* 5. non tenetur ho-
ſpitari milites in domo ſua Mangrell. *ad
Bart. in l reſcripto § ſciendum ff. de muner.
& honor.* [tamen D. Reg. *Moles in tit de
reg fiſcal. q.* 7. *deciſ.* 7. teſtatur pro maiori
parte Dominorum de Camera fuiſſe cõclu-
ſum Doctores Regni non debere gaudere
hac immunitate hoſpitij, & ita alias fuiſſe
obſeruatum referente D. Berardino Sãcta
4 Cruce] non poteſt renunciare priuilegijs
Doctoratus cum ſint inducta fauore publi-
co, vt talis dignitas in honore habeatur
Merlin. deciſ lucen. 10 *num.* 4. & de præro-
gatiuis talis dignitatis vide, quę ſcribit *Ricc.
in collect.* 1848. *Gratian. diſcept.* Forenſ. 186.
tom. 1.
5 *Num.* 15. *Bart.*) popularibus diuitibus,
& perſonis honeſtioribus non infliguntur
pœnæ ignominioſę *Fab. An. conſ.* 34. *num.* 2.
nec etiam filijs natis ex parẽtibus honeſtis,
& diuitibus, donec nõ peruenerint ad æge-
ſtatem, vel exerceant artes viles *Ricc. dec.*
366. *p* 2. nobiles à plebeis differunt in pœ-
nis imponendis *Pheb. deciſ.* 18. *num.* 2. & 3.
6 Nobiles, tam in impoſitione, quam in exe-
cutione pœnæ mitius puniuntur *Ioſeph. de
Seſſe deciſ. Arag.* 11. *num.* 9. [*Pheb. deciſ Lu-
ſit.* 18. *nu.* 2. & 3.] verum aliquando ob cri-
minis immanitatem practicatum fuit, vt ẽt
nobiles ſuſpenderentur, & ad Regias trire-
mes condemnarentur, vt refert *de Pont. in
tract. de poteſt. proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.*
7 *§.* 2. *nu.* 1. & *ſequ.* & in crimine falſi ob eius
immanitatem nobilitatis ratio habenda
non eſt Ricc. *deciſ.* 279. *par.* 2. nobiles clerici
etſi non condemnentur ad pœnas ignomi-
nioſas, & viles pro delictis patratis, ſecus ſi
pro delictis Sanctæ fidei Ricc. *deciſ.* 232. *par.*
9. [nobiles dicuntur eſſe in dignitate *Ma-
ſtrill. in tract. de magiſtr lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4.]
8 nobilitatis effectus, qui ſint refert *Caput in
tract. de regim. Reipub. cap.* 1. *§.* 1. *Paſchal. de
vir. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 79. & *ſequ.*
nobilitas ſanguinis non amittitur, nec præ-
9 iudicat filijs per contrarios actus geſtos à
patre, & nec pręiudicat patri ſi ad nobilium
actus redierit *Fab. Ann. conſil.* 17. *num.* 17. *et
ſequ.* accidentalis ideſt ex priuilegio in totũ
amittitur, & his relictis non reuiuiſcit *Ca-
put. in præcit. cap.* 1. *num.* 21. nobilitas natu-
ralis dicitur illa, quæ prouenit à maioribus,
& dicitur ius ſanguinis, & conſequenter in-
commutabile *l. ius agnationis ff. de pact.* ma-
iorum nobilitas æque principaliter, & eo-
dem tempore omnibus competit de eodẽ
genere *Ann. in eod conſ. num.* 46. an autem
10 nobilitas fratris tranſeat in frãtrem *vide
Bombin. conſ.* 71. *Tiraquell. in tract. de nobi-
lit cap.* 17. & *cap.* 37. *num.* 14. qui affirmant,
quod ſi vnus frater probat antiquam ſui
generis nobilitatem, & tanquam à nobili
ſtipite deſcendens nobilis declaratur, tunc
ſententia in eius fauorem lata prodeſt etiã
alteri fratri conſanguineo ab eodem ſtipite
deſcendenti, ſi vero aliquis eſſet noniter al-
lectus inter nobiles alicuius Ciuitatis, tunc
eius nobilitas non porrigitur ad alium fra-
trem, nam priuilegium perſonale non egre-
ditur perſonam *l.* 1. *ff. de conſtit princ.* nec ſe-
quitur conſequentia frater fuit aggregatus
inter nobiles de ſedili, ergo etiam alij fra-
tres gaudere debent Ottalor. *in tract de no-
bil.* 2. *par.* 3. *princ. cap.* 8. *num.* 5. & *ſequ.* nam
11 nobilis in vno loco non eſt nobilis in alio
Bart. in l. 1. *C. de dignit. lib.* 10. & ita eſt intel
ligenda concluſio relata per *Io. Vinc. Ann.
in ſing.* 468. quod ſententia lata in fauorem
vnius fratris in ſedilibus prodeſt alteri fra-
tri conſanguineo, qui teſtatur ita deciſum
fuiſſe in cauſa delli Pandoni, cum ſedili Ca-
puano per S.C. Doctores enim, quos alle-
gat cum hac diſtinctione loquuntur, cui cõ-
cluſioni alia quoque declaratio adijcienda
eſt, quod ſi quis petit ſe declarari nobilem
tanquam

tanquam vnus de aliqua notoria familia
Neapolitana, tunc eo ipſo, quod conſtat eũ
eſſe de eadem familia admitti debet ad eoſ-
dem honores, quibus gaudent cæteri om-
nes de eadem familia, ſi vero illa familia, nõ
eſt originarie Neapolitana, ſed per allectio-
nem reperitur ad aliquod Sedile aggregata,
tunc licet aliquis probet, ſe eſſe de eadem
familia, & tanquam nobilem gaudere in ali-
quibus huius Regni partibus, non tamen
admittendus eſt ad honores illius Ciuitatis,
niſi ſpecificè probet ſe eſſe deſcendentem
ab eodem ſtipite illius, qui fuit primus ag-
gregatus, quod in dubio non præſumitur,
vt plene probat, ac pluries fuiſſe deciſum
refert *D. de Ponte in conſ. 107. lib. 2.* [*Gait. de credit. cap. 2. tit 3. num. 630.*] *Thor. in compen. decis. in ver. nobilis probans fol. 357.*
imò etiam nobilem vnius ſedilis non debe-
re habere ſuffragia in alio pleniſſime affir-
mat idem *de Pont. in conſ. 108. eodem lib. 2.*
maior pars nobilium ſufficit in reintegran-
do, vel aggregando aliquem in ſedili, prout
fuit deciſum iunctis aulis in *Coll. conſ. in cauſa Mag. Fabritij Villani cum ſedili Montanea anno* 1570 licet hodie quando agitur
de aggregando requiratur etiam conſenſus
ſuæ Maieſtatis, & quando agitur de reinte-
grando eſt prouiſum, vt determinetur corã
quinque Iudicibus Hiſpanis, vt eſt videre
in literis productis in proceſſu placidi de
Sangro, ac illorum de Capano cum Sedili
Nidi. Qui ſint nobiles gaudentes, ſeu de Se-
dili, & nobiles non gaudentes, ſeu extra Se-
dile recurrendum eſt conſuetudinibus lo-
13 corum *Garſ. de nobil. gloſ. 7. nu.* 12. Quibus
modis probetur nobilitas vide *Viu. deciſ. 225. Marcell. Cala de modo artic. à num. 265 cum ſeq. fol. 94. Alphan in Auth. ſi quis in*
14 *aliquo num.* 110. *C. de eden.* an autem lite
pendente ſuper nobilitate, interim is qui ſe
nobilem eſſe contendit ſit in poſſeſſione
manutenendus *vide Gutier. pract. quæſt. cap.* 25. communis eſt reſolutio, quod ſi is, qui
ſe nobilem eſſe prætendit in promptu præ-
ſentat nobilitatis priuilegium in ea debet
lite pendente manuteneri alias non *Didac. perez. lib. 4. ordinam. tit. 2. lib 6 in gloſ. in verno embarganse, que tuuiera pleytes fo.* 798
col 1. in princ. & ita facta relatione *per Sac. Conſ. in Collat Conſ.* iudicatum fuit in cauſa
Io. Leonardi Ripa cum nobilibus Ciuitatis
Brunduſij in banca Scæciaueni de menſe
Ianuarij 1614. & de anno 1617. fuit pariter
iudicatum per S. C. ad relationem Cõſiliar.
Morra in cauſa Io. Vincentij Foti cum no-
bilibus huius fideliſſimæ Ciuitatis Rhegij, &
vide notata per *Auend. de exequen. mand. par. 1. cap. 19 num. 23. verſ.* 13. debet inſpici,
qui dicit, quod ſi aduerſus perſonas, quæ ad
officia nobilium nominantur, opponatur,
quod non ſunt nobiles, inſpiciendum eſt an
illa perſona ante huiuſmodi oppoſitionem
reperiatur in poſſeſſione nobilitatis, & tũc
ea oppoſitione non obſtante valet nomi-
natio, & etiam lite pendente ſuper quæſtio-
ne nobilitatis manuteneri debet in poſſeſ-
ſione, in qua reperitur, & ad officia nobiliũ
admitti, ſi vero non reperitur in aliqua poſ-
ſeſſione, tunc admitti non debet, donec ꝓ-
bet ſe nobilem, quam concluſionem plene
confirmat *Fab. Anna conſ. 94. lib. 2. qui n. 1. & 6.* affirmat, quoad conſtituendum aliquẽ
in quaſi poſſeſſione nobilitatis ſufficit, quod
reperiatur deſcriptus in buſſula, ſeu matri-
cula, in qua alij nobiles deſcribi conſueue-
runt, [& vide, quæ ſcribit *Cabed. in dec. 73. par. 2.*]

Num. 14. Io. Raina. ex nobilitate filiorũ
aliquantulum parentes cohoneſtari pluri-
15 bus iuribus, & rationibus approbat *Ant. Gamm. deciſ. Luſit. 112 Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 4. cap. 2. n. 29.*

16 *Num. 16. nobilitatem*) ſi mulier nobilis, nu-
bit viro ignobili eius nobilitas obumbra-
tur *Io. Lopez in rubr. de donat. int vir & vxor. §. 31. num. 6. & in §. 32. nu. 1. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 9 tit. 28. de digni defin.* 17 quã
ignobilitatem retinet mulier etiã poſt obi-
tum viri, donec permanet in viduitate, vt
teſtatur *Guid. Pap. deciſ. 349. & 380.* verùm
ſi vxor eſſet in maxima dignitate, vel nobi-
litate conſtituta, vt pote Comitiſſa, Duciſ-
ſa, &c. ex quibus, quis nobilis efficitur, tunc
non ſolum vxor non amittit nobilitatem
ſi plebeio nubat, ſed ex eius ſplendore no-
bilis efficitur, maxime ſi ea dignitas fuerit
data in dotem, quia tunc maritus ex radijs
vxoris corruſcat *Tiraquell. in tract. de nobil. cap 18. num. 19. & ſeq. vide* Maſtrill. *in tract. de* Magiſtr. *lib. 4. cap. 13. num. 20. cum plur. ſequen. D. de Pont. in conſ. 16. num. 23. & ſeq. lib. 2.* & fœmina titulata nupta priua-
to facit ipſum titulatum, vt de conſuetudi-
ne ſeruari teſtatur Reg. *de Curt. in diuerſ. feud. §. ſed vnde digreſſi num. 24. & ſequ.* &
fuit ſeruatum in perſonam D. Tiberij Car-
rapha viri Marchioniſſæ Fuſualdi, quæ in
conſtantia dicti matrimonij fuit effecta Prin
cipiſſa Biſiniani, & ſucceſſiuè eius vir ſic de-
claratus, & habitus etiam poſt mortẽ *dict. Marchioniſſæ per* Collat. Conſ. *Thor. in Compend. deciſ. par. 1. ver. titulatus*, & ſic in dies
videtur, quod reſpectu feudorum vxori de-
uoluturum fœminæ quandoque nobilitant
viros *Capiblanc. in rubr. de Baron. num. 32.*

late

Digitized by Google

late de Pont. de poteſt proreg. tit. de decret. Col
17 lat. Conſ. §. 1. a num. 16. cum ſequ. mulier no
bilis ſi nubat viro ignobili non amittit ſuã
nobilitatem, quoad ea, quæ ſũt præiudicia-
lia ſuo honori, vt declarat Azeued. in l. 9. lib.
2. tit. 11. num. 7. noua recopil. Gart. de Giron.
de priuil. & exempt. explic. q. 63. num. 320.
18 mulier nobilis non amittit nobilitatem
ex eo, quod nubat inferiori, ſi eſt ille diues,
& viuat opulenter Fontanel. de pact. nupt.
clauſ. 7. gloſ. 3. par. 15. num. 55. tom. 2. ſi mu-
lier contrahat cum viro ruſtico, & cultore
agrorum amittat propiam nobilitatem, tã-
19 quam nubens plebeio. Reſoluere poteris
ex his, quæ DD. tradunt circa quæſtionem,
ſi nobilis per illud exercitium agricultutæ
amittit nobilitatem, in qua communiter
tenetur, & receptum eſt, quod non, quia
hæc ars non connumeratur, inter artes me-
chanicas Collat. in prag. frumen. cap. 2. num.
2. lib. 2. [etiam ſi mercede conductus agri-
cola alienos agros colat Garci. in tract. de
nobil. gloſ. prima §. primo num. 57 & 58.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore deſiſtente ab accuſatione, poteſt Curia ex officio procedere.*

2 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione, an condemnetur ad expenſas.*

3 *Pactum in remiſſione appoſitum, quod inquiſitus non accedat ad patriam offenſi, an valeat. Et an ex contrauentione huius pacti delictum per gratiam extinctum, reuiuiſcat. num. 5.*

4 *Modus quid differat à conditione.*

6 *Guidatus ſub conditione, quod non accedat ad locum delicti, ſi contrauenerit, qualiter excuſetur.*

7 *Guidati delinquentes ſub guidatico, an, & quando priuentur guidatico.*

8 *Guidatus, guidatico non obſtante captus, reponendus eſt in priſtinam libertatem, etiã ſi Iudex poteſtatem guidandi non habuerit.*

9 *Guidatum occidens, quia ignorabat ſaluoconductum, punitur extraordinariè.*

10 *Frangens ſaluoconductum, punitur laſ. Maieſtatis.*

11 *Guidatus repertus cum foraſcitis non guidatis, poteſt occidi.*

12 *Baro an habeat facultatem faciendi guidaticum, vel etiam aggratiandi foriudicatum.*

13 *Baro habens primas, & ſecundas cauſas, poteſt, pendente appellatione coram Iudice ſecundarum cauſarum, facere gratiam vaſſallo.*

14 *Facultas aggratiandi eſt de regalibus, ideoq. illã non habent Barones, niſi ſpecialiter ſit conceſſa in inueſtitura.*

15 *Gratiæ, & compoſitiones ſunt prohibitæ abſque partis remiſſione, nec poſſunt fieri ſaluo iure partis, aut ſub cõditione, quod obtineatur remiſſio intra certum tempus: Limitatur in indultibus generalibus num. 16.*

17 *Abolitio generalis ſit non poteſt habere effectum extinguendi delictum, ſaltem habebit effectum guidatici.*

18 *Indultus debet verificari reo in vinculis cõſtituto.*

19 *Indultu non gaudet delinquens poſt promulgationem legis.*

20 *Indulgendi facultate conceſſa, quæ delicta non includantur.*

AD DECIS. XI.

1 NVm. 3. Bal.) ſed & ſi accuſator
deſiſtat ab accuſatione, poteſt
Curia ipſa ex officio in cauſa ad
vlteriora procedere l. monente
C. de dilat. lib. 10. vbi Io. de Plat. num. 2. am-
pliat iſtud procedere, ſiue deſiſtat volunta-
rie, vt quia moriatur, vel abſens ſit Carau.
rit. 233. num. 14. ſi ſumus in eo delicto, in
quo alias abſque querela ex officio procedi
non poſſet Camp. in cap. ad conſultationem
2 num. 20. an deſiſtens condemnetur ad ex-
penſas vide Baiard. ad Clar. q. 58. num. 15.
Caualc. de Brach. Reg. par. 5. ſub num 48. de
accuſat. vide, quę ſcribit D. Reg. Tap. ſup. Iur.
regn. tom. 5. ad conſtit. præſenti lege ſanci-
mus.
3 Num. 12. Sacrum) an valeat pactum in
remiſſione appoſitum, quod inquiſitus per
tot annos non accedat ad patriam offenſi
ſub certa pœna, hunc articulum plene ex-
plicant Viu. in comm. opin. 574. lib. 2. Farin.
in tit. de var. & diuerſ. crim q. 107. in 2. par.
art. 20. num. 162. cum ſequ. Octau. Vulpell in
tract. de pace q. 55. Ameſc. in tract. de poteſt in
ſeipſ. lib. 2. cap. 18. num. 19. & ſequ. Maſtrill.
in tract. de indul. cap. 24. num. 18. & ſeq. Ro-
uit. meritiſſ. Præſ. & Conſiliar. in Pragm. 8.
num. 8. & 16. de compoſit. Thor. in Compen.
deciſ. ver. remiſſio delicti Ricc. collect. deciſ.
2080. Viſcont in ſuis concluſ. iur. ver. remiſ-
ſio, ſiue pax. Quorum magis communis re-
ſolutio eſt validum eſſe hoc pactum ad tem-
pus, non autem in perpetuum, licet Ameſc.
in cit.

in cit.loco, contra omnium opinionem fuerit auſus affirmare, quod etiam ſi perpetuũ ſit debeat obſeruari, ſed eius argumentis optime reſpondet *Doctiſſ. Rouit.in pracit. loco*, qui non ſolum fundamẽtis ſolidiſſimis, ſed copioſo numero doctorum hanc cõcluſionem plene cõfirmat. Aq in caſu, quo huiuſmodi pactum eſſet ad certum tempus limitatum, & appoſita pœna in caſu contrauentionis, vel dati fideiuſſores, ſi contigat poſtea reperiri cadauer ipſius inquiſiti in loco, ad quem erat prohibitus acceſſus cẽſeatur pœna ſtipulatio commiſſa, dicas pœnam non deberi, niſi conſtet, quod ipſe viuus, & volens illuc acceſſerit *Argum tex.in l. 2. § ſi quis, & §.fin ff ſi quis caut.* nam non ſequitur neceſſaria conſequentia fuit inuẽtum corpus in loco prohibito, ergo ibidem fuit homo ille occiſus, potuit enim alibi occidi, & illuc ab inimicis aſportari, *vt ex notat per Affl.in Conſtit.* Regn. *ſi damna clandeſtina num.21. refert Salern. ad Napod. in probem.conſuet.num 332.in addit.incip nota etiam verſ & pone fol.mihi 42.*

Num 22.Bart.) adde *Gratian. deciſ.* 153.
4 *num* 18.modus, quid differat à conditione
vide Decian reſp.8.num.36.vol.1. Rou.conſ.
64.*num.11.*& qualiter agnoſcantur inter ſe.
*Maur.alleg.71.nu.3 par.2.*in eggreſſu æquiparantur, ſed differunt in principio *Camill. de Medic.conſ.120.num 2. Fab. Anna.conſ. 81.num.15.& 16.* & in contractibus innominatis æquiparantur *addit.ad Salic. in l.1. C.de his, qui ſub modo.*

5 *Num.23.quare ex his, vide D.Rouit.in*
Prag.1 de Guidat.ſub num. 18. clauſula appoſita in remiſſione partis offenſę, dummodo non accedat ad locum habitationis partis aduerſæ de iure non poteſt operari, vt in caſu contrauentionis delictum illud ſemel extintum per gratiam, iterum reuiuiſcat, non hoc non ſit permiſſum nondum priuatis, ſed nec etiam Iudici Principe inferiori *Gamm deciſ.63.& 368.Cancer.lib.2 var.reſol.*quod erit ſecus in gratia facta à Principe *Rouit.in pred.pragm.num.*48.an conceſſa reo gratia, ita quod non accederet ad Ciuitatem Neapol.per triginta miliaria, ſi in Ciuitatis eiuſdem lictore captus illic fuerit vltimi ſupplicii pœnam pro modo culpæ pati deberet *vide Rou.in pracit.pragm.1.à num. 10. Paſchal. de vir.patr.poteſt.par.4.cap.3.*
6 *num.21.& ſequ.* Guidatus ſub conditione,
ita quod non accedat ad locum delicti, & miliaria tria circum circa ſi contrauenerit, quibus ex cauſis excuſetur *vide Giurb.conſ. 81 Nouar.quaſt.Forenſ.*28. Guidaticus cõceſſus delinquenti per certum tempus, vt non poſſit capi, vel offendi cum conditione ne in Ciuitate moretur, nec accederet ad locum partium offenſarum, vt fieri ſolet, an ſi fuerit captus in Caſtro Ciuitatis gaudere debeat guidatico; relata cauſa in Regia audientia Calabr fuit communi voto deciſum non poſſe gaudere, nec poſſe dari locum reſtitutioni priſtinæ libertatis, quam delinquens petierat, quoniam bannitus à Caſtro cenſetur pariter bannitus à Ciuitate ei adiacenti *Thor.in Comp.deciſ ver. guidaticus*
7 *par.1.*Gu dati delinquentes ſub guidatico,
an, & quando priuentur guidatico *vide Ca-*
8 *piblanc.in prag.6.num.165.de Baron.* [Gui-
datus ſi guidatico non obſtante fuerit captus in priſtinam libertatem reponendus eſt *Franc.deciſ.258.415.& 673.* Licet guidandi poteſtatem non habuerit iudex *Cauale. de brach.Reg.par 2. num. 317.* vt difficilis ſit perſecutio *Cauale deciſ.prima num 45. par. prima.* Et vide, quæ nouiſs. ſcribit *D.Reg.*
9 *Tap in deciſ.Sac conſ.21*] Guidatus ſi occi-
cidatur, quia erat forindicatus, & vere ignorabatur ſaluus conductus, punietur occidẽs extraordinarie *Maſtrill.de indul quæſt.* 43. ſed ſi doloſe fiat punietur de homicidio,
10 quia ſtat ſub protectione Regia, & fran-
gens ſaluum cõductum ſuperioris laſæ Maieſtatis crimine punitur *Farin quaſt.* 29.
11 guidatus repertus cum foraſcitis non gui-
datis, poteſt occidi *Io Grand. de bello exul.*
12 *fol.*155.Baro an ſaluiconductus, & guida-
tici faciendi facultatem habeat *vide* D. *de Pont de poteſt proreg.tit.de prou:ſ.fier. ſolit. §.4.num.53.& ſequ.* & quid in exiliatis, & confinatis *Nouar.quaſt forenſ.*137 *num.*12 an poſſit gratiare foriudicatum *vide Rouit.*
13 *in pragm.5 num 9 tit.de abolit.* Baro habẽs
primas, & ſecundas cauſas pendente appellatione coram iudice ſecũdarum cauſarum poteſt facere gratiam Vaſallo, præuia tamen partis remiſſione præcedente, *de Frãc. deciſ.370.Catalan de indul.quaſt 4 num.15. Maſtrill.de Magiſtr tom.2.lib.4 cap.16.nu.*
14 100.& hanc facultatem aggratiandi non
habent barones, niſi in inueſtitura ſpecialiter talis facultas eſſet conceſſa *Menoch de arbitr.iudic quaſt.92.num.7* quia cum talis facultas ſit de reſeruatis Principi non venit in generali conceſſione regalium *deciſ. Pe-*
15 *dem.101.num.3.* gratiæ, & compoſitiones
ſunt prohibitæ non pręcedẽte partis remiſſione *de Pont.in pracit.§ 4 n.9. late ſeſſe dec. Aragon.*178 nec fieri poſſunt ſaluo iure partis, & per S.C.fuit reuocata, quædam compoſitio ſic facta ſaluo iure partis, vt refert *Thor.in Compen.deciſ.par.1.ver. compoſitio*, Prorex gratiam indulgere non poteſt non

præcedente partis remiſſione obtinenda,
tamen infra certum tempus nulla exiſten-
te publica cauſa, & eam concedendo
male agit, nec Rex conſueuit remitte-
re, & indulgentiam facere, niſi parte cõcor-
data, vel facta pace *Pariſ. de Put. in tract. de*
ſind ic. verbo compoſitio ſub num 6. verſ. nam
16 *etiam*. Eſt tamen verum, quod in generali-
bus indultis expreſſum reperitur, quod ſi
infra ſex mẽſes inquiſiti obtinuerint remiſ-
ſiones à partibus offenſis, gaudere debeant
generali indultu, vt demonſtratur *in prag.*
11. *&* 12. *de abolit.* ita & taliter, quod indul-
tus eſſe eatenus ſortitur effectum, quatenus
à parte offenſa remiſſio facta fuerit in tem-
pore, ſed hoc factum apparet à Rege legiti-
ma ſubſiſtente cauſa, & ante omnia, vt de
delicto conſtet *Larath. conſ. 109. num. 49.* vi-
gore cuius generalis indultus, & abolitio-
nis, quoad pęnas pecuniarias debitas fiſco,
conſtitutum, & per Regem facta modera-
tio eſt reſpectu vaſallorum demanialium,
dummodo pęna multa, vel condemnatio
realiter exacta, incorporata aſſignata, ac-
ceptata, vel compoſita non ſit, vel aliter pro
ea cautum: & quo ad barones dictum eſt
indulgentiam comprehendere eorum vaſal
los, exceptis caſibus, in quibus de pęna pe-
cuniaria tractari contigerit, & vide *D. Reg.*
Conſtan. in l. 1. à num. 87. C. de pen. fiſcal. lib.
17 10. abolitio generalis ſi non poteſt habere
effectum extinguendi delictum, ſaltem ha-
bebit effectum guidatici *Peguer. deciſ. 39.* in-
18 dultus debet verificari reo in vinculis con-
19 ſtituto *Laurent. deciſ. Auen. 47.* indultu non
gaudet delinquens poſt promulgationem
20 legis *Mart. deciſ. 143.* [indulgendi facul̃ta-
te conceſſa, quæ delicta non includãtur de-
clarat *Giurb. conſ. 40. num. 4.* hinc eſt, quod
Excell. huius Regni Prorex pro vrgenti, &
publica cauſa, vt puta belli non indulget ni-
ſi prius habuerit relationem de qualitate
delicti, & an ſit de exceptis, & poſtmodum
mandat, quod inquiſitus ſeruiat Suæ Maie-
ſtati in illa occaſione per annos tot, & de-
ficiente bello ſtet ordinibus ipſius Excell.
Domini, quo tempore completo gaudet in-
dulto, promittit inſuper inquiſitus pęnes
acta officij ſcribæ portionis, & ſe obligare
ſub pęna vltimi ſupplicii continuare dictum
ſeruitium militare per dictum tempus, nec
accedere etiam finito dicto ſeruitio ad lo-
ca, vbi degũt partes offenſæ, donec, & quo-
uſque partium remiſſiones obtinuerit.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſolemnia ſint adimplenda per tutores.*
2 *Quibus pęnis puniatur tutor, vel curator ob non confectionem inuentarij, vel libri rationum.*
3 *Tutor pecuniam pupillarem in libro non apponens, eſt in dolo, & præſumitur cum ea locupletatus.*
4 *Proceſſus factus cum matre tutrice ante confectionem inuentarij, an valeat.*
5 *Mater tutrix, an, & quando rectè adminiſtret, & an ſufficiat ſi admittatur ad iuratoriam cautionem.*
6 *Sententia indiuidua, an pro parte valeat, vel ſit nulla.*
7 *Nullitas reſpectu non citatorum, an procedat etiam reſpectu citatorum.*
8 *Cauſæ indiuiduæ quænam ſint.*
9 *Vtile per inutile, an, & quando vitietur in contractibus.*
10 *Appellatio interpoſita, quoad vnum caput ſententia deuoluitur, quoad alia capita ſeparata.*
11 *Laudum non poteſt in quibuſdam capitibus acceptari, & in alijs recuſari, & eſt vltro citroque obligatorium ex vtraque parte.*
12 *Hæredes, an teneatur inſolidum pro debito defuncti.*
13 *Hæredes plures vnius emphyteutæ, an poſſint diuidere emphyteuſim inter ſe.*
14 *Actio hypothecaria, an ſit diuidua, vel indiuidua.*
15 *Hypothecaria, an competat in ſolidum cõtra vnum ex hæredibus, apud quem pars rei cenſualis reperitur, an verò contra omnes cohæredes pro ſuis portionibus.*

AD DECIS. XII.

1 N*Vm. 1 de admin. tut.*) vide Ricc. in
collect. 1211. & quæ ſollemnia
ſint adimplenda per tutores re-
ferunt *Mancin. in tract. de tutel.*
3. quæſt. 3. q. princ. Gutier *par.* 2 *cap. 1* *Gal-*
2 *ter. in prax. tutel par. 1. rubr.* 4. quibus pęnis
multetur tutor, vel curator ob non confe-
ctionem inuentarii, vel libri rationem vide
3 *Staiban conſil. 89. num. 9* tutor pecuniam
pupillarem in inuentario non apponens eſt
4 in dolo, & præſumitur cum ea locupletatus,
& male verſatus *Borrell. conſ. 31. num. 59.*
4 an proceſſus factus cum matre tutrice an-
te confectionem inuentarij valeat, vide
Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 28. an ſuf-
ficiat ſi mater tutrix admittatur ad iurato-
riam cautionem *Theſaur. iuu quæſt. 21. par.*
1. mater filijs tutrix relicta, an recte, &
quando

quando adminiſtret vide Borrell.conſ.95.
6 Num.2.Doctor.) vide , quæ plena manu
ſcribit Camill larath.conſ.17.ſententia indi-
uidua,an pro parte valeat,vel nulla ſit Bor-
rell in ſumm.decíſ.tit.30.à num.318 vſque
7 ad num 321.par.2. nullitas reſpectu non
cicatorum,an procedat etiam reſpectu ci-
tatorum vide Ric.in collect.decíſ. 314.par.7.
8 cauſæ indiuiduæ, quæ dicantur refert Capi-
blanc in prag.8.par.2.à num. 198. de Baron.
Ibidem Bart.)adde Ricc in collect. 1246.
9 par.4.Iallong racemat 73.vtile per inutile
in contractibus,an vitietur,& quando Gra-
tian.diſcept. Forenſ.162 Loffred conſ.3.&
quid in feudalibus Mart.vot 81.n.12.& 16
Ibidem Boer.)adde Cartar.decíſ. 28. Coſta
de rat port.q.138.Cardin.Tuſc.pract. concl.
lit.O concl.32.à num. 15.& procedit tex.d.l.
1.in indiuiduis Affl.decíſ.218.Peguer. decíſ.
181.Gomez.var.reſol.tom.2.cap.12.de duob.
reis.
Num.4.Doct.vide Camill.Larath.conſ.16
Gallup.in prax S.C.par.3.cap. 5 num. 8 &
10 9.vnde nec appellatio interpoſita , quo ad
vnum caput ſententiæ deuoluitur,quòad alia
capitula ſeparata Ricc decíſ. Archiep. Neap.
375.par.4. iudex iniuſte agit ſi cognoſcat in
gradu appellationis de meritis ſententiæ vl-
tra capitulum à quo appellatio eſt inter-
poſita,quia in tantum eſt iudex in quantum
eſt appellatum,& nôn vlterius , vt ex Cor-
naz decíſ.lucen.63 vbi ait procedere, quan-
do capitula non ſunt connexa,ſed ſeparata,
quoniam continent diuerſum factum, con-
iuncta capitula,quæ dicantur, quæ ex cõſe-
quentia factorum ſeparationem non reci-
piunt,& in hoc caſu licita eſt cognitio,cum
annexio procedat ſemper ab eadem cauſa,
& ab ead m radice,& ſic,ſi vna pars eſt ap-
pellabilis trahit ad ſe aliam vide Gratian.
decíſ.60.
11 Num 4.Menoch.)ſecus in laudo,quod nõ
poteſt ſuper quibuſdam capitibus accepta-
ri , & ſuper quibuſdam recuſari de Franch.
decíſ.173. Muſcat in prax S. C.lib.1.par.7.
gloſ.periurij in addit.lit.A quia cum laudum
ſit indiuiduum,non poteſt ex compromiſſo
etiam iudiuiduo dici , quod partim exequa-
tur partim vero non exequatur , quia , vt
tranſactio , compromiſſum eſt ex vtraque
parte vltrocitroq. obligatorium Barz.de-
cíſ.Bonon.87.num.7.
Num.6.de hæred. act.) vide Ricc. collect.
12 528.hæredes an teneantur pro debito de-
functi inſolidum , vel pro ea tantum parte
pro quà fuerunt inſtituti late Oter. in Ro-
man.lucubrat.diſp.23 hæredes plures vnius
13 emphyteutæ , an poſſint diuidere emphy-
teuſim inter ſe vide Io Vinc. Anna. alleg.3.
Fab.Anna.conſ.83.num. 12.13. 14.& 15.&
an poſſint ſoluere canonem pro parte ibi-
dem num 16 17 & 18.
Ibidem ſi vnus ex plur.) adde Crau conſ.
47 num.15.Cancer.lib.3.reſol.cap.17 de ſtt.
14 nu.296.actio hypothecaria, an ſit diuidua,
vel indiuidua late Borrell.in 2 p. comp decíſ.
tit.39 à num.138.vſque ad nu.245. Gutier.
15 q.67.lib.1.hypothecaria an competat inſo-
lidum contra vnum ex pluribus hæredibus,
apud quem pars rei cenſualis reperitur, an
vero ſint omnes cohæredes , & poſſeſſores
inſimul conueniendi pro hæreditarijs por-
tionibus ad ſolutionẽ cenſus Theſaur. iun.
quæſt.Foren.85.lib.2.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1. Foriudicatio pro quibus criminibus poſſit fieri.
2 Ad foriudicationem non poteſt deueniri niſi conſtet de delicto ſaltem per indicia ſufficentia ad torturam.
3 Foriudicatus habetur pro mortuo etiam, quoad alimenta , & poteſt impune occidi, non tamen ab vxore.
4 Foriudicati ſucceſſio quibus ſpectet
5 Foriudicatus non priuatur iure eligẽdi, vel nominandi aliquem in Officialem.
6 Foriudicatus ſi poſt 13. annos dicat de nullitate ſententia,an ſit audiendus.
7 Sententia foriudicationis lata contra minorem,annullatur.
8 Foriudicatus poteſt contra ſentẽtiam foriudicationis nullitates proponere,ſi ſint euidentes.
9 Fugiens è carceribus , an habeatur pro confeſſo.
10 Carceres frangere, qui dicatur, & quænam ſit pena tentantis carceres frangere,effectu non ſequuto. Et quid ſi vaſſallus Baronis fugiat è carceribus animo confugiendi ad ipſum Baronem,vel ad Magnam Curiam.
11 Pro furto,quæ pena veniat imponenda de iure Regni.
12 Furti corpus quomodo probetur.
13 Furti actio ad penam,an detur contra filiũ, bona partis ſurripientem, vel contra eius adiutores.
14 Contrectatio de loco ad locum eſt de ſubſtãtia furti:Et quid ſi res ab eo contrectata fuerit,cui fuit in cuſtodiam data.
15 Ille,penes quem furtum reperitur, quando præſumatur fur.

16 *Furtum an ſit ſi res inuenta in via, non reſtituatur.*
17 *Vendentes res falſas, committunt furtum.*
18 *De furto commiſſo in caupona, vel in naui, qua actione agatur contra cauponem, vel nauclerum.*
19 *Furti pena non tollitur per reſtitutionem.*
20 *Iudex non faciens reſtituere rem furatam, tenetur parti ob negligentiam.*
21 *Furtum comeſtibilium, an licitum ſit ob neceſſitatem famis.*
22 *Furti pena, an teneatur, qui ſubtrahit, quãtum ſibi debetur.*

AD DECIS. XIII.

1 N*Vm.1 ſed contrarium*) Foriudicatio non ex omni crimine fieri debet, ſed pro illis tantum, vbi venit imponenda pena mortis naturalis, aut ciuilis, vel deportationis, ita
fuiſſe declaratum per ſententiam Regiam
iunctis tribunalibus referr *de Pont. de poteſt.*
proreg. rubr. de prouiſ fier. ſolit. §. 4. *num* 47.
D. Giur. conſ. 83. *num.* 5. *ſed* Ro*u. in pragm.* 1.
num. 36. *tit. de ſent foriudic.* tenet cum domino auctore ſententiam foriudicationis
non habere locum, niſi vbi venit imponẽda
pena mortis naturalis tantum, & merita
cauſæ prius ventilari debere, ſi pro delicto
penam mortis mercatur inquiſitus *Thor in*
addit. ad eundem D. *Reg. de Pont. ſub præcit.*
num. 47. [*D. Regen Tap. in deciſ. S.C.* 49.]
2 *Capibl ſing* 48. hinc eſt, vt poſſit deueniri ad
ſententiam foriudicationis conſtare debet
delictum ſaltim per indicia ſufficientia ad
torturam *Paul. Staiban: Iun. in addit. ad cõſ.*
63. eius patrui, dempta contumacia *Foller.*
ſup pragm. de duello num 19 *Viſcon. in ſuis*
3 *concl. iur fol.* 102. Foriudicatus legitime habetur pro mortuo in Regno *de Franc. deciſ.*
102. *de* Pont. *conſ.* 69. etiam quoad alimenta
de Franc*h deciſ* 689. *num.* 6. licet impune occidi poſſet non tamen ab vxore *de Franch.*
4 *deciſ.* 276. & illius ſucceſſio quibus ſpectet
vide Molfeſ. *ad conſuet Neap par.* 4. *tit. de*
ſucceſſ ab inteſ q 47. Anna *conſ.* 13. *Mormil.*
in conſtit. penam eorum, de Pont. *conſ* 69. &
5 non priuatur iure eligendi, vel nominandi
aliquem in officialem Molfeſ. *in præcit q.* 47.
num. 28 *&* 29. foriudicatus ab vno iudice,
an poſſit morti tradi ab alio vide *Capiblan.*
in prag. 8. *par.* 2. *num.* 116. *&* 127. *de Baron.*
6 foriudicatus ſi poſt latam ſententiam foriudicationis per ſpatium 13. annorum dixerit
de nullitate ſententiæ, & actorum, an ſit audiendus *vide Thor. in compen dec. par.* 1. *ver-*
7 *ſic. foriudicatus.* [Sententia foriudicationis
lata contra minorem annullatur, ſi tempore publicationis ipſe minor erat, & ſic inde
probatum, licet eo tempore non fuiſſet oppoſitum de minore ætate *Thor. in comp. deciſ. fol.* 632. *tom.* 2. quæ ſententia crudelis eſt
Ant. de Ball. in prag. Regn *Sicil. tit.* 12. §. *primo*; vbi ſubdit, quod benignior pars eſt, ꝙ
declaretur nulla, quia remanet ius parti illæſum, nec improbatum eſt ante eius exequutionem de odore cauſæ, & eius iuſtitia
cognoſcere ad tradita per *Viu. in dec.* 439.
8 *n.* 36. foriudicatus poteſt aduerſus ſententiam foriudicationis nullitates proponere,
ſi ſint notoriæ, & euidẽtes *Intrigl. ſing.* 246.
lib primo Mar. *muta in prag. Regni Sicil. tit.*
12. *n.* 17 *tom. primo.*]

Num. 4. *notat.*) adde *Farinacc. in tit. de carcer. q.* 30. Ricc. *in deciſ.* 65. *par.* 3. *Oter. in ſuis*
Roman. Lucubrat. diſp. 9. *Salced. in addit. Ad*
9 *Diaz reg.* 305. fugiens à carceribus, an habeatur pro confeſſo *vide Baiard. ad Clar in*
10 § *fin. q.* 21 *à n.* 80. carceres frangere, qui dicantur *vide Ant. Scap. in tract. Iur. nõ ſcript.*
lib. 5. *c.* 5 + *n* 6. carcerati pro furtis, & homicidio, ſi inſimul cum alijs carceratis conſpirauerint carceres frangere, & demũ fractis
illis non aufugerunt impediti ex concurſu
gentium, & carcererii, qua pœna ſint plectendi fuit per M.C.V. ipſis illata tortura,
& attentis eorum confeſſionibus delictorum condemnati ad vltimum ſupplicium
Gramm. vot. 37. quod quidem votũ reprehenditur *ab Vrſill. in dec.* 404. *ſub n* 16. quod
non ſit pena mortis fractura carceris, & vide *Thor. in compen. deciſ. Cur. Archiep. ver.*
frangere tentantes, vbi refert, quod attenta
qualitate delictorum atrocium ſæpiſſimè in
M.C.V. proceſſum fuit ad penam capitalẽ
mortis contra iſtos effractores ſin autẽ ſecus eſſet. Carceris effractor vaſſallus Baronis animo confugiendi ad baronem, vel ad
M.C.V. qua pena debet puniri, fuit in contingenti caſu vnius vaſalli Federici Carrafæ
ꝑ S.C. remiſſus vaſſallus ꝓdictus, qui fracto
carcere acceſſerat ad M.C.V. vt in cauſa de
Iuſtitia ꝓcederet citra penã fracti carceris.
Anna in repet. c. p. de vaſſal. decrep. ætat. et vide quæ cumulat Capibl. in prag. 3. *nu.* 163. *et*
ſeq. de Baron. Mut. in c. Regn. Sicil. 160. *to.* 4.

Nu 7. *adulterinis*) *vide Reg. Prag. æditam*
de anno 1605. *tẽpore Illuſtr. Comit. Beneuẽt.*
quæ ſecundum nouiſſimã recopilationẽ eſt
11 in ordine 7 ſub tit. de furt. quæ pena ꝓ furto veniat imponẽda de iure regni late *Oter.*
diuerſ. q Iur. par. 3. *q.* 17. *Palm in diuerſ. iur.*
gloſ. 1. *à n.* 20. *Mãgrel. ad Bart. in l. capitaliũ*
§. *famoſ. de pen.* de furto nõ dicitur cõſtare,
niſi probetur, ꝙ res fuerit in illo loco, de

que

quo dicitur ſublata Mart.vot.58. num.5.6.
& 7.Manen.deciſ.54.nu.72. furti facti cum
fractura corpus non cenſetur probatum,
niſi etiã probetur res furto ſubtractas,alias
in loco fractu: æxtitiſſe etiam, quod pro-
bata ſit fractura Farin conſ.227.num. 2.lib.
3.vbi declarat hoc procedere ad condem-
nandum non quo ad torquendum, ad pro-
bationem delicti in genere in materia furti-
ua vide Muſcat.in prax.crim. rubr de furt.
13 &c.num.1.cum ſequ.Furti actio ad pœnam
an detur contra filiũ patris bona ſurripien-
tem,& contra eum,qui furto, illi opem de-
14 dit Giurb.conſil.68.contrectatio de loco ad
locum eſt de ſubſtantia furti Anton. deciſ.
Macer.20.lib 3. ſi animo furandi fiat alias
ſecus,furtum an præſumatur ſi bona in cu-
ſtodiam alicuius tradita,& per eandem ali-
bi contracta reperiantur, ita quod tertius
ille de furto moleſtari poſſit deciſum fuit
15 negatiue Ricc.deciſ.62.par.1. ſi furtiua res
reperitur in domo alicuius, non tamen ille
præſumitur fur.niſi,& aliæ concurrant con-
iecturæ Nouell in prax.crim.§.furtum nu.8
& 9.furatas res occultans,qua pœna ſit pu
niendus vide Campanil.in diuerſ.iur.canon.
16 rubr.11.cap.25.num.22. Furtum an dica-
tur,ſi quis inuenerit,quid inſtrata, & non
reſtituit vide Mar. Mut. in cap. Regn.Sicil.
17 471.nu.31.& ſeq tom.5. vendentes res fal-
ſas committunt furtum, & quomodo pu-
18 niendi Caball reſol.177.pro furto commiſ-
ſo in Caupona, qua actione agatur contra
Cauponas Peguer.deciſ.45.& de furto in na
19 ui commiſſo vide Mart.deciſ.58. furti pœ-
na non tollitur per reſtitutionem Viu.deciſ.
146. abſolutus à pœna furti non cenſetur
abſolutus à reſtitutione ablatorum Rot.Lu
20 cen.diuerſ.deciſ.62.Iudex non faciens parti
rem furatam reſtitui tenetur parti ob ne-
gligentiam in ſyndicatu Borrell.conſ.80.nu.
21 10.Furari num permittatur comeſtibilium,
aut cibariorum quantitatem ob neceſſita-
tem famis Iallong.racem.46.à num.3. vſque
22 ad num.31.Furti pœna, an teneatur famu-
lus, vel creditor ſubtrahendo quantum ſibi
debetur vide Baiard.ad Clar. in §. furtum
num.86.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, in prima
inſtantia acceptus, an teneatur in cauſa
appellationis.
2 Quid de fideiuſſore accepto in vno Tribuna-
li,an teneatur in alio.
3 Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo ab arbi-
tris,non tenetur de eo,quod eſt iudicatum
à Iudicibus.
4 Fideiuſſor de ſiſtendo reum,an liberetur, ſi
ſemel fecit eum ſiſtere. Quid ſi fugientem
præſentauit.num.6.
5 Fideiuſſor liberatus ob rei carcerationem,
an teneatur ſi ille fugiat.
7 Fideiuſſio quando tollatur præſentatione
principalis.
8 Per dationem fideiuſſoris de iudicatum ſol-
uendo non dicitur, quis in iudicem con-
ſentire.
9 Quid diſtet inter fideiuſſorem iudicij, & cõ-
tractus.
10 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, an reo non obtem-
perante,vltra pœnam,teneatur etiam ad in-
tereſſe.
11 Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo in cauſa
principali criminaliter intentata, libera-
tur inſtantia perempta.

AD DECIS. XIV.

1 NVm.2.Iud.ſolu.) fideiuſſor de in-
dicatum ſoluendo, in prima in-
ſtantia acceptus non tenetur in
in cauſa appellationis, ſed hoc
ita ſi ille fideiuſſiſſet de ſoluendo quidquid
fuerit iudicatum per illum iudicem primæ
inſtantiæ nominando eum nomine propio,
alioquin ſi ſimpliciter acceptus, teneretur
Bocr.deciſ.315.de Franch deciſ.320. Baiard.
ad Clar in §.fin.quæſt.46.num.92. quidquid
dicat Franc. Marc.deciſ.357.par.2. & de
veritate vide eundem D.de Franc. deciſ. 208.
Caball.reſol.crim.caſ.109 Ludou.Morot.cõſ.
49.Gratian.diſcept Forenſ.c.348.lib.2. [Ma
2 ſtrill.deciſ.302.num.5 par. 4.]Fideiuſſor ac-
ceptus in M.C.tenetur in S. C. quia illud
tribunal eſt ſubordinatum ad iſtud de Frãc.
deciſ.344. Muſcat. in prax.S C.lib.2.par.3.
gloſ.inſtantia num.14. Fideiuſſor de ſoluen-
do iudicatum ſi eſſet datus in cauſa vertẽ-
te in S.C.poſtea remiſſa ad R. C. pro inte-
reſſe fiſci,& R.C.iudicauerit, an teneatur
ad iudicatum per Reg.C.fuit deciſum, quod
non,de Franch.deciſ.601.Molfeſ.ad conſuet.
Neap par.4.quæſt.63.num.26. Gallup.in
3 prax.S.C.par.2.capit.3.num.38. Fideiuſſor
de iudicatum ſoluendo ab arbitris non te-
netur de eo,quod eſt iudicatum à iudicibus
Ant.Fab.deciſ.5.ſubaud.Cod.de fideiuſſor.qui
4 fideiuſſerit reum ſiſtere, ſi ſemel fecerit reũ
ſiſtere liberatur Fab.deciſ 24 eod.tit. & talis
fideiuſſor liberatus,etiam ſi principalis cap-

tus ex curia ex illa cauſa poſtea fugiat, quia per iſtam incarcerationem liberatur *Aff.*
6 *deciſ.*130.*Honded.conſ.*111.*vol.1.*Fideiuſſor promittens iudicatum ſoluere,ſi principalis fugit,& poſt fugam debitorem præſẽtat liberatur à pęna *Gomez.Leo deciſ.*91.*tom.*2
7 *deciſ.diuerſ.*Fideiuſſio quando tollatur præſentatione rei principalis *vide Ant.Hering. de fideiuſſ.cap.*20 *§.*9.*Muſcat. in pract.de fideiuſſ par.*1.*modo* 4.*Mangrell.ad Bart.in l ſi*
8 *quis reum ff.de cuſtod.& exibit.reor.* per dationem fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo, quis non dicitur in iudicem conſentire, nec expelli ab opponendo declinatoriam *Amb-*
9 *dol.ad D.de Franch.deciſ.*344.*num.*5.Fideiuſſor iudicij,& contractus, quæ ſit differentia *vide Campanil.in rit.Archiep.Neap.*4. *num.*
10 16.fideiuſſor de iudicio ſiſti,ſi per principalem non fuerit obtemperatum,an vltra pęnam teneatur ad intereſſe,fuit deciſũ,quod ſic maxime in cauſa criminali in qua non tantum ad pęnam debitam fiſco, ſed etiam ad intereſſe partis tenetur *Aff. deciſ.* 234. *vbi Vrſil.*optime exornat, licet ibi *Gram. in addit.*dicat contrarium fuiſſe ſeruatum in M.C.V. in alia cauſa in qua tantũ ad pęnam fuit condemnatus,& fuit ab alijs abſolutus,multi ſequuti ſunt *Aff. deciſ. quos recenſet Thor in comp.deciſ. in ver. fideiuſſor. par.*1.Fideiuſſio facta de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo pro aliquo ex litis conſortibus,ſi nulli adſint litis conſortes, tota promiſſio pro illo nominato facta cenſetur, & in eius perſona retinet, & contra eum poteſt fieri liquidatio abſque alio proceſſu, quod procedit etiam ſi fideiuſſor met efficiatur poſtea ipſe litis conſors *Seraphin.deciſ.*304.
11 *num.*1.*&* 2. [Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo in cauſa principali criminaliter intẽtata liberatur inſtantia perempta, nec pro intereſſe partis læſæ moleſtari valet *Nact. conſ.*202.*vol.primo late Menoch.conſ.*212.]

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſuſpendit ſententiam,& appellãs remanet in officio.*
2 *Clericus priuatus beneficio, poteſt,appellatione pendente,ei renunciare.*
3 *Bannitus pendente appellatione à ſententia banni,non poteſt occidi.*
4 *Sententia S. C. licet habeat executionem paratam non obſtante reclamatione, tamen ea pendente, non poteſt executioni demandari.*
5 *Tempus appellandi ſuſpendit executionem ſententiæ.*
6 *Mortem ſibi inferens,an aliqua pęna puniatur.*
7 *Mortem ſibi inferens,non præſumitur id feciſſe conſcientia perpetrati ſceleris, ideoque non priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, niſi alia concurrant.*
8 *Inuentus laqueo ſuſpenſus,non præſumitur ſeipſum ſuſpendiſſe, & ad fiſcum ſpectat probare contrarium.*
9 *Condemnatus ad duas pęnas, ſi ab vna appellat,an per hoc ſuſpendatur executio alterius.*
10 *Si reus ante ſententiam moriatur, an pęnalis ſententia poſſit fieri in hæredem.*
11 *Quando liceat ſuſpendere cadauera, & in mortuos ſæuire.*

AD DECIS. XV.

1 N*Vm.*2.*vulgatis*) condemnatus nõ dicitur,qui appellat *l.* 2.*§.fin.ff. de pęn.* & idem eſt nõ eſſe latam ſentẽtiam, & per appellationem eſſe ſuſpenſam *gloſ.in l.*2. *C. vt lit.pend.& ait gloſ.in cap ſæpe de appellat.* quod prælatus depoſitus appellans remanet in officio, & inquit *Gutier.pract quæſt* 39. quod officio priuatus per ſententiam pendente ap-
2 pellatione exercebit illud: Et clericus propter homicidium priuatus beneficio per ſẽtentiam,ſi appellauit, poterit appellatione pendente ei renũciare *Gutier Canon.quæſt. lib.*2 *cap.*5.*num.*38. *Farin de homic.q.*119. *num.*82.*cum ſequẽn.*vbi plene declarat.Bã-
3 nitus pendente appellatione à ſententia banni occidi non poteſt *Farin.de var. et di-*
4 *uer.quæſt.*9.103.*num.*305 & ſententia S.C. licet habeat paratam exequutionem non obſtante reclamatione *Auth. quæ ſupplicatio C.de precib.Imper.offer.Borrell in ſumm. deciſ.tit.*32.*nu.*3.*par.*2. non tamen exequitur ea pendente, quando exequutio eſt irretractabilis, & quando quis eſt condemnatus ad mortem,vel ad remigãdum, quod retractari non poteſt reuocata ſententia, vel ſi eſſet forindicatus per ſententiam S.C. eum interim reclamatione pendente occidi non poteſt, vt deciſum teſtatur *de Franc. deciſ.*139.*Boſſ.in ſua prax. tit. de nullit.ad-*
5 *uerſ.ſent.in fin* Et ſicuti appellatio ſuſpẽdit ſententiæ exequutionem,ita tempus appellandi *Bal.in rubr.C.de appell.*tempus appellandi à ſententia eſt mera ſuſpenſio, & interim quodam ſilentium inducitur, & ait *l.addictos C eod.* quod quantum ad iuris reſiſtentiam,idem eſt eſſe appellatum,vel eſſe

in fr a

infra tempus appellandi, vt pulcre declarat
Farin. in tract. de inquiſ. q. 10. à n. 46. & plu-
ra congerit Gutier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt.
37.
Num. 10. Decian.) vide Bonacoſſ. in ſuis
6 comm. opin. crim. ver. mortem par. 2. nixus ſi-
bi conſciſcere mortem, bona non amittit,
communem dicit Eman. Soar. in ſuo theſ. re-
cept. ſent. lit. M. num. 235. & ſequ. nec aliqua
pœna punitur, ſi non ductus ſceleris cōſcié-
tia, id faciat, vt eſt communis opinio, ſed do
7 loris impatientia Viu. deciſ. 244. in dubio nō
præſumitur conſcientia perpetrati ſceleris
ſibi mortem conſciuiſſe Dec. conſ. 438. Mā-
grell. ad Bart. in l. qui rei §. de ilio ff. de bon.
eor. vnde ſi reperiatur aliquis mortuus in
puteo, vel laqueo ſuſpenſus non debet pri-
uari Eccleſiaſtica ſepultura, ſi indiciis, & cō-
iecturis liqueret cum furore, aut mētis alie-
natione ſe ipſum occidiſſe Genuen. in prax.
Archiep. Neapol. cap. 61. num. 20. & in mate-
ria vide Petr Caball. caſ 137. Maſtrill deciſ.
123. Ameſc de poteſt. in ſe ipſum lib. 1. cap 23.
qualiter puniatur miles ſe ipſum percutiēs
vide Caſtill. deciſ. 169. Ricc. collect. deciſ. 2942
8 par. 7. ſi aliquis reperitur laqueo ſuſpenſus,
non præſumitur, quod ſe ipſum occiderit,
ſed fiſcus tenetur probare, quod ſibi mortē
conſciuerit Socin. Iun. conſ 51. vol. 1. & re-
quiruntur probationes clariores, & fortio-
res cum reſiſtat veriſimilitudo Vulpell. conſ.
1. Addent. ad Ambroſ. in tract. de mod. formā.
proceſſ. inform. lib. 1. cap. 1. ſub num. 14.
Num. 19. Gomeſ.) adde Maur. Burg de
modo proced. ex abru. quæſt. 8 num. 7. quādo
à pęna licet appellare vide Breder. de appell.
9 tit. 20. col. 490. & ſeq. ſi aliquis condemnan-
tur in duabus pęnis, & ab vna condemna-
tus appellat, an iſta appellatio ſufficiat ad
impediendam exequutionem alterius pęnę,
ſuper qua vox appellationis emiſſa non eſt
vide Ruginell. de appell. § 2. cap. 3. num. 636.
10 ſi reus ante ſententiam moriatur, an pęna-
lis ſententia ferri poſſit in hæredem, aut fi-
deiuſſorem defuncti vide Griuell. deciſ. Sen.
Dolan. 6.
In fin.) adde Mangrell. ad Bart. in rubr.
11 de cadau. punit. vbi ad plenum, quando ca-
dauera poſſint ſuſpendi Pappon. lib. 24. tit.
14. arreſt. 1. & quando in mortuos ſæuire
liceat vide Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 285.
Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 51. num. 42.

Didac. de Mari,

SVMMARIVM.

1 *Præcipua proditorij criminis qualitas eſt amicitia.*
2 *Ideoque proditor non eſt, qui per inſidias, & retro ſuum occidit inimicum.*
3 *Inimicum reconciliatum occidens proditor eſt, nec gaudet indultu Regio, aut Eccleſiaſtica immunitate.*
4 *Pax et reconciliatio inter inimicos non præſumitur, ſed debet probari.*

AD DECIS. XVI.

NVm 5. Bertachin. Adde) Maſtrill.
de Indul cap 29 num. 2. Ambroſ.
de immun Eccleſ. cap 6 n 5. Craſſ.
de effect. amic. num 243 Gamba-
cur de immun Eccleſ lib. 3 cap 28 num. 6 Bo
uadill. lib 2. polit cap 14. num 36. Villadieg.
in polit cap 3 nu 210. Caualc. de Brach. Reg.
p. 1 num 88 Camill Larath conſ 102 num 6
& 17 Farin conſ 76. num. 7. conſ 168. num.
72 & ibi Scholiaſt. lit. A. & de immunit. Ec-
cleſ num. 137 ſibi contrarium q. 18. num. 76.
Tuſc pract. concl. lit P. concl. 869. num. 8. D.
de Franc. deciſ. 713 num. 14 Gratian diſcept.
Forenſ. 380. num. 40. 41 & diſcept 619. à nu.
27 Ball. tract. var. lib 5. tit. de inſul in Eccleſ.
pragm 1. num 10. Burg. de Paz. conſ. 22. num.
15. & 16. Conſil Rou. in prag. 11. à num 56.
tit. de abolit Guazz. reor. defenſ. 1. cap. 38. nu.
40. Mar. Ital de immun. Eccleſ lib. 1. cap. 5. §.
4. Gutier. lib. 1. pract. quæſt. 2. num. 2. & 9. Vi-
1 ſcont in ſuis concluſ. iur. ver. indultus præ-
cipua proditorij criminis qualitas eſt ami-
citia Muſcat. in prax. crim. rubr. de homic.
med. mand. num. 66. Tuſc. dict. concl. 869 nu.
11. de Franch. deciſ. 713 num. 15 & 22. Rou.
dict. pragm. 11. num. 58. 59. Gratian. diſcept.
619. num. 29. Larath. conſ. 102. num. 28. Ricc.
deciſ. 168. num. 1. & 6 par 1. qua ceſſante
ceſſat proditorium Couar. lib. 2. reſol cap. 20
num. 7. proinde ſi ſocium, quis occidat, aut
pater filium, vel filius patrem, aut vxor vi-
rum, vel vir vxorem, aut frater fratrem pro-
ditores dixit Paz. in prax. tom. 1. par. 5. cap.
3. §. 3. num. 123. Farin. de immunit. num. 138.
& ſeq Heuya in Cur. Philipp. par. 3. §. 12. re-
traidos num. 33 niſi inimicitiæ interceſſerit
2 cauſa Rou. dict pragm. 11. num 38. proditor
non eſt, qui per inſidias, vel retro, & incau-
tè ſuum occidit inimicum, à quo præcaueri
debebat Catalan. de indul. cap. 31. limit. 4.
num. 6: Baiard. ad Clar. §. homicidium num.
22. Farin. conſ. 132. conſil. 136 num. 4. & cō-
ſil. 168. à num. 68. Caball. de omni genere ho-
micid. num. 389. Genuen. in prax. Archiepiſc.
Neap.

Neap cap.76.Guazz.reor.defenſ.1.cap.38.n.
40.late Campanil *in diuerſ.Iur.canon. rubr.*
11.cap.31. licet aliter, & male opinetur Ca-
ualc.de Brach.Reg.*par.1.num.*81 quia inimi-
cus ſemper mala cogitat de inimico *Mace-*
3 *rat.lib.3.reſol.37 num. 4.* amicum reconci-
liatum ſi quis occidat proditor dicitur Car-
din.Tuſc.lit P.concl.869.num.11. nec regis
indultu gaudet Catalan. *de indult. cap.31 à*
num.1.Maſtrill de indult.cap.29.nu 4 Thor.
Compen.dec lit. D.ver.delictum par 1 *Mar.*
Ital.*de immun Eccleſ.lib.1 cap.5.§.4.nu* 14.
Larath conſ.102.num 26.de Franch.*dec.713*
*à num.*14.nec generali criminum abolitio-
ne continetur *Schrader.de feud.par 9. cap.3.*
num.68. nec Eccleſiæ etiam potitur immu-
nitate C*aball.de omni genere homic.nu.* 411.
& num.436. atque, ita iuris eſſe pronuncia-
uit Sacra Conſulta *teſte* Farin.*conſ.168.in*
Scholijs lit.D. quicquid dixerit R*icc.deciſ 167*
par. 1. ſi vno ſaltim teſte pacis fidem reci-
4 piente probata ſit reconciliatio,& alijs ad-
miniculis, cum non præſumitur pax *Ma-*
ſcar.de probat.cõcluſ.1156.à num. 1. nec re-
conciliatio *Decian.tract.crim.lib 3. cap. 25.*
num.86.Teſtaij allegat.7.n.103.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia foriudicationis quando reddatur nulla ex defectu legitimæ citationis ad informandum.*

2 *Ante ſententiam foriudicationis debent citari non ſolùm ipſe contumax, ſed etiã eius conſanguinei ad ipſum defendendum, & quæ poſſint opponere.*

3 *Nullitates ab eius oppoſitæ, poſſunt diſcuti non præſentatis inquiſitis.*

4 *Tempus foriudicationis in grauioribus delictis poteſt breuiari à Prorege.*

5 *Foriudicationis tempus currit etiam durãte tempore guidatici.*

6 *Foriudicatus captus à miniſtris Curiæ, an poſſit impune occidi.*

6 *Fern.Rebell in præcit.loco* Pater ex iuſtis cauſis poteſt impedire filiorum ſponſalia, præſertim ſi timetur ex eo mattimonio aliquod ſcandalum oriri poſſe *Menoch.conſ.69. nu. 44 & 66.Gutier lib.1.Canon.quæſt.cap.20. num.20 & ſequ.Sanch.de matrim.lib.4.diſp.*
7 *15 num.3.* filiusfamilias abſque cauſa rationabili paternum conſenſum in matrimonio prætermittens à culpa immunis non eſt,vt ex Nauarro,& alijs refert *Rebel. in dict.q. 14 ſect.1.verſ.ſit quinta concluſio, & in ſect. vlt ſub num.29 verſ.quod vero*,nec etiam obſtat præſertim ſi imminet timor ſcandali *Fontan.in tract de pact.nupt clauſ.4 gloſ.2 num.6.cum ſeq.tom.1.& clauſ 6 gloſ. 3.par. 5 n.50.tom.2.& vide Cancer.in 3.par.var.c. 7.de pact.*

Num 9.de nupt.)ex quo tex. infert Andr. in cap.1.§.porro num.30 verſ.item iura,quæ
8 *ſit prima cauſ.benef.amict.*quod is cui debetur ſucceſſio mulieris non debet eſſe in cõſilio matrimonij illius, quia ſuſpicio eſt,vt impediat iuſtas nuptias,*vide D. Rouit.in Pragm.9.de Baron.* puella poterit ſequeſtrari ſi adeſt ſuſpicio metus,vel malæ ſuaſionis vel conſanguinei diſcordent in ea maritanda late *Vrſil.ad Affl.deciſ.113.Frãc. Marc. dec.306 par.2.* locus vbi ſequeſtrari debeat puella eſt eligendus per ſuperiorem,vt poſſit explorari volunt.s, *& Anna ſing.395.* dicit apud commiſſarium cauſæ poſſe educari,ſeu explorari voluntatem puel'ę *Thor.*
9 *in Compen.deciſ.ver.puella par.1.*mandata ſuperiorum ne puella mariterur eis inconſultis ſub pęna,an de iure ſubſiſtant,*vide D. de Pont.in tract.de poteſt.proreg tit.de aſſenſ.*
10 *num.48.& ſequ.* ſi in actu explorationis liberæ voluntatis puellæ circa electionem vnius ex pluribus competitoribus nolit ipſa voluntatem ſuam depromere ob vereeundiam,tunc poterit Iudex eligere cui melius adulta ſocietur *l.in coniunctione C. de nupt.* pro hac tamen exploratione facienda erit iudex competens etiam ſecularis,vt declarat *Bellet. diſquiſ. clerical.par 1.tit.de fauor.cleric.real.§.2.à nu.36 ad* 40. matrimonium contrahendi cum turpi perſona ſuſpitione exiſtente reſpectu parentum, quid ſit ſeruandum docet *Pacian.conſ* 120.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitio principalis debet offerri in calce termini,& ſi petatur, & non fiat,impedit litis curſum etiam in cauſis ſummarijs.*
2 *Petita ante concluſionem, concedi debet.*
3 *Scribens litteras cambij an teneatur deponere,vt principalis.*
4 *Terminus ad reſpondendum poſitionibus non currit ſi quid occurrat, quod impedit.*
5 *Depoſitio principalis ab actore, & à reo facienda,& quænam ſit facienda prius.*
6 *Semel interrogatus, an teneatur iterum deponere.*
7 *Principali abſente à loco iudicij, mittitur eius ſumptibus examinator, vel committitur officiali loci.*
8 *Quid ſi principalis non tenetur venire ad locum iudicij, an ipſius ſumptibus mittatur examinator.*
9 *Abſens cauſa Reipublicæ præſumitur præſens.*
10 *Cedens an teneatur deponere, vt principalis in cauſa ceſſionarij.*
11 *Tutor,Curator,& alij adminiſtratores, an teneantur deponere, vt principales.*
12 *Poſitionibus an reſponderi poſſit per procuratorem.*
13 *Depoſitio facta à procuratore, an noceat principali.*
14 *Procurator an teneatur deponere,vt principalis.*

AD DECIS. LXIII.

V*Ide Gallup.in prax.S.C.par.2.cap. 18.Apicel.alleg.4.Muſcat.in prax. S.C.lib.1.p.5.gloſ.legaliores.* Depo
1 ſitio principalis debet offerri in calce termini,& ſi petatur,& non fiat, impedit litis curſum, etiã in cauſis ſummariis extraxtationis, vt deciſum in S.C. teſtatur

2 *Anna.ſing.405.* petita ante concluſionẽ nõ
obſtante Regia Prag.Illuſt.Comit.Lemenſ.
28.cap.§.7.cõcedi debet, vt deciſum refert
Thor.in compen.deciſ.verſ.tẽpus dicendi par.
3 2.deponere,vt principalis,an teneatur ſcri-
bens literas cambii, quamuis concludatur,
quod ſic,ramen contrarium fuit deciſum in
S.C.ad relationẽ M.C.V. vt refert *Maſull.*
4 *ad Capic.in deciſ.15.ſub nu.3.* terminus ad
reſpondendum poſitionibus non currit,ſi
ſi quid occurrat, quod impediat Mangrell.
in addit ad Bart.in l quãdiu in princ. C qui
5 *admitti.* depoſitio principalis, tam ab acto-
re,quam à reo ſi petatur eſt facienda *Ma-
ran.in repet.l.ſi actor ſub num.64 ff de pro-
cur.* dummodo proprio nomine litigetur
Gallup in pracit.cap.18.nu.9 depoſitio prin
cipalis viciſſim petita eodem contextu ab
actore,& reo,quænam antea ſit facienda
6 *Benint.deciſ.Bonon.32.nu.4.&* 10. an ſemel
interrogatus teneatur iterũ deponere *An-
na ſing.407.Cornaz deciſ.*80.*num.*6. depoſi-
tio fit ſuper poſitionibus præſentandis à
parte petente, quæ ſucceſſerunt loco inter-
rogationum,quæ olim fiebant *Ludou. deciſ.*
7 *peruſ.8.num.26.*quando principalis eſt ab-
ſens à loco iudicii debet ſuis ſumptibus mit
ti examinator ad recipiendam eius depoſi-
tionem,vel committi officialibus locorum
*Affiic.deciſ.177.*quæ ſeruatur in praxi,quo-
ad expenſas faciendas pro ſalario compe-
tenti dicto examinatori,vel officiali, cui cõ-
mittitur examen,ſecus vero, quoad expen-
ſas competentes actuario pro expeditione
literarum commiſſionalium, & pro exẽplo
articulorum,ſuper quibus eſt recipiẽda de-
poſitio,vt teſtatur *de Franch deciſ. 232.ſub
num.* 3. ratio quare principalis tenetur ad
ſumptus eſt,quia debet reſpondere in loco
iudicii,& ſi eſt abſens, & cum effectu eius
præſentia requiritur ex qua forſitan habe-
retur melius notitia veritatis,tenetur veni-
re ſuis ſumptibus *Benint. deciſ. Bonon.*14.
8 hinc eſt,quod ſi iſta ratio deficit, & princi-
palis nõ tenetur venire puta ratione digni-
tatis,infirmitatis,vel ſexus,certe quod præ-
dicta de ſumptibus non procederent, *vt ex
Gutier.pract.q.lib.1.quæſt.63. tenet de* Frãc.
in d deciſ. num.7. & quando principalis eſt
abſens ex cauſa reipublicæ,tunc multo mi-
nus tenebitur ad expenſas pro facienda de-
9 poſitione,ex quo non tenetur venire, tunc
quia præſens præſumitur *D.de Pont.conſ 93
lib.1.Glorit.in cap ſuper literis num 51 de*
10 *reſcript.* an cedens teneatur deponere, vt
principalis in cauſa ceſſionarii *vide Rouit in*
11 *pragm.8.num.30.de ordin.Iudic.*tutor an
teneatur, vt principalis deponete, & quid
in curatore, & aliis adminiſtratoribus *vide*
12 *Gabed deciſ Luſit.137.par.1.* poſitionibus
reſponderi,an poſſic per procuratorem *vi-*
13 *de Lauren.deciſ.Auen.79.*& depoſitio facta
à procuratore deponente non nocet prin-
cipali domino,niſi fiat, præcedente manda-
to ſpeciali ad deponendum *Vrſill. ad Affl.
deciſ.148 in fin.*& ideo practici mediante
decreto iudicis prius mandari faciunt pro
curatori,vt procuret ſpeciale mãdatum ad
deponendũ,an ſufficiat, quod in inſtrumen-
to mandati detur procuratori poteſtas re-
ſpondendi ſuper articulis præſentatis, aut
præſentandis loco principalis, vel neceſſe
ſit,vt in eo dicatur reſponſio affirmatiua,
vel negatiua,& inſtrumentum debeat eſſe
confectum ad hic reſpondendum, *vt in Rit.
93.vide allegat. & deciſ. nouiſſimas relatas
per Thor.in Comp.deciſ.Regn.par.2.fol.135.*
14 *Ludouiſ.dec Rot.* Rom.282. & 289.an pro-
curator ipſe teneatur deponere, vt princi-
palis,*vide Ann ſing.*144.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, aut fideicommiſſum conditionale an tranſmittatur mortuo fideicommiſſario ante euentum conditionis.*

AD DECIS. LXIV.

1 NVm 1.*Doct.)vide Ricc.in collect.deciſ* 359.legarum,aut fideicõmiſ-
ſum conditionale, an tranſmit-
tatur morruo fideicommiſſario
ante euentum conditionis *vide Seraph.deciſ.*
1013.*Ricc. collect.3150.* vbi adducit plures
coniecturas trãſmiſſionis, *late Gamm. deciſ.
Luſit.160.* legata conditionalia non tranſ-
mittuntur, ſi ante purificatam cõditionem
legatarius moriatur, quando eſſet conditio
momentanea ſecus ſi eſſet ſucceſſiua, puta
ſi habitauerit cum tali vſquequo matrimo-
nium contraxerit,vel mortuus fuerit, nam
ſi legatarius cæperit habitare, licet poſtea
moriatur ante tempus limitatum in condi-
tione,habeat legatum integrum P*ariſ. in
addit ad Bart. in l 1.§ ſin autem col.2. C.de
caduc.tollen.*

Num.5.Bar.)vide Peregrin.in tract. de fideicomm.artic.32.n.78.& ſeq.

Didac.de Mari.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actor ſine actione agens, quando admittatur.*
2 *Condemnatio ſemper ſequitur, ſiue in primo ſiue in appellationis iudicio ex cauſa de præterito ius ſuperueniat.*
3 *Quando ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, non conualidet iudicium.*
4 *Sententia quando debeat eſſe conformis libello, & quando poſſit fieri in cauſa in ipſo nõ deducta, ſed in proceſſu probata.*
5 *In Regno cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ, & in eis proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

AD DECIS. LXV.

1 NVm 1. *Bart*) actor admittitur ſine actione agens, ſi modo ſpes ſubeſt, quod ex facto de præterito actio orietur *Cardin. Tuſc. pract. concl tom 5. lit. I concl. 630. Coſt. de re-*
2 *trotract. caſ. 2. cap. 8. num. 14.* ſiue in primo, ſiue in appellationis iudicio, ex cauſa de præterito ius ſuperueniat, ſequitur condẽnatio, & quidem ex eadem inſtantia abſque alio libello *Cornaz deciſ. 54. num. 21. 24. & 25 Barz. deciſ. 70. num 43* & idem iudicatur de iure ſuperuenienti ex cauſa de præterito, quod de iure ipſo præterito ſi ſit validũ *Peregr conſ 115. nu. 23. & 24. vol. 3.* ſiue reali actum ſit actione, ſiue perſonali, & in vniuerſali etiam iudicio *Cancer. lib. 2. reſol. cap. 16. de teſt. oppoſ. num. 28.* non poſſet tamen poſt concluſum in cauſa allegari *Coſt. de rat. port quæſt. 209. num. 9. Nizol alleg. 32. n 18.* cum probatio aliqua ad iuſtificationem iuris ſuperuenientis requireretur, ſecus ſi nulla probatio eſſet neceſſaria, ſed ex ſola productione alicuius inſtrumenti ius ſuperueniens probatum eſſet *Cancer. dict. num. 28.*
3 quando ius ſuperueniens ex cauſa de præterito non conualidet iudicium referunt *Gabr. comm. concl. tit. de Iudic. concl. 3. Pereg. in tract. var. lib. 2 tit. de Iudic. cap. fin. nu. 52. Fall. 3.*

Num. 9 de Mondellis) *vide* Rou. *in prag. 1. n. 40. 41. 42 & 43. de cenſib.*

4 *Num. 10. Dec.*) quamuis in cauſis ordinariis debet ſententia eſſe conformis libello, nec obtinet actor, qui aliam probauit cauſam, quàm in libello deduxit, tamen in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, poteſt ferri ſententiam ſuper cauſa non deducta in libello, ſed in proceſſu probata *Ludouiſ deciſ. 176. Caſtill. deciſ. 57. Anna alleg 48. num. 14. & ſing. 312. Caroc. de excep. except. 129 num. 28.* facit quod deciſum eſt in S.R.C. vt refert *Affl. in deciſ. 23 83. & 372.* in quibus patet fuiſſe latas ſententias ſuper probatis cauſis, non tamen in libello deductis, ſed contrarium apparet in facto deciſum in eodem S.C. vt refert idẽ *Affl. deciſ. 60 Gramm. deciſ. 15. 19. 62 et 103.* ſed pro concordia, eſt videndus *Vrſillus ad Affl in d. deciſ 372.* quod clarius proſequitur *Muſcat. in prax S.C. par. 1. in verſ. petitur. num 52. & ſequ.* [*Viui. in deciſ. 340.* vbi refert poſſe iudicem ſuper probatis, & non petitis ſententiam ferre, vbi error, ſiuè diuerſitas eſſet in cauſa, vt ſi petita fuerint centum ex cauſa mutui, & fuerit probatum deberi ex cauſa depoſiti, hoc enim vſu iudex poteſt iudicare ſuper cauſa probata, licet non petita, at ſi petatur equus, & probetur de boue, eo caſu iudex non poteſt ſuper boue pronunciare, qui non extitit aliter petitus *Hieron. Gabr conſ. 33 num. 3.*] modus procedẽdi in Regno in cauſis ciuilibus
5 eſt modus æquitatis, & in æquitate iuris naturalis fundatus ex quo in Regno cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ, & in eis proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta, *vt in cap regni deteſtãtes, prag. 1. de ordin. Iudic.* & ille rigor in cauſis ciuilibus in Regno nõ ſeruatur *Maran. in prax. 10 membr. in 6. par. princ. late explicat Muſcat in prax. S.C. par. 1. gloſ. libellus Gallup. in prax S.C. p. 2. c. 1. Borrell conſ. 13.* hæ clauſulæ tollũt ſollemnitates iuris ciuilis, vt fuit deciſum per *Rot* Rom. *in vna Roman pecun. 15. Octobris 1601. coram Illuſtr.* Mellino circa ſolemnitates in ferendis ſententiis per illum pragm. non eſt derogatum *de Franch. deciſ. 245.* [& prædictæ clauſulę non operãtur, niſi circa ordinem iudicii non autẽ circa ſubſtantialia, quæ ex ea ſublata non dicuntur.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio de perſona ad perſonam, quando admittatur in ſtatutis pęnalibus.*
2 *Quibus ex cauſis poſſit Iudex allegari ſuſpectus, & à quo.*
3 *Suſpicio generalis non poteſt ſubſiſtere.*
4 *Procurator fiſcalis non poteſt recuſari etiam ex capite inimicitiæ.*
5 *Iudex ſuſpectus poteſt cauſam alteri delegare.*

6 Su-

6 *Suſpicio ſemel admiſſa, non ceſſat, etiam ceſſante cauſa.*
7 *Suſpicio debet formiter allegari.*
8 *Suſpecto barone an ſint ſuſpecti eius officiales.*
9 *Suſpicio officialis baronalis, an poſſit cognoſci per alios officiales eiuſdem Baronis.*
10 *Iudex an poſſit appellare à decreto, quo declaratur ſuſpectus.*

AD DECIS. LXVI.

N*Vm.2.gloſ.)adde Villag.de extenſ. leg.correct. & pęnal.* Maſcar.de *gener.ſtat.interp.concl.4.num.*87.
Reg.Conſtan. *in l. vnic num.19.*
1 *C.de palat & dom.Dominic.lib* 11. extenſio
de perſona ad perſonam, quando admittitur in ſtatutis pęnalibus late *Giurb.conſ.41 num.20.& 22.Camill.de* Medic. *conſ.43 nu.* 27.quid in conſuetudinibus *Theodor. alleg.* 73.

In fin.)adde D.Rouit *in prag 3. de ſuſpic.*
2 *official.*cauſas propter quas iudex poteſt legitimæ allegari ſuſpectus refert *Nouar. in collect.ad pragm.p ſup.ead rubr. de ſuſpic.official.Maſtrill.decis.151.Farin. in frag.par. 2.ver.Iudex ſuſpect.Cardin.Tuſc. lit.S. concluſ.908.Ricc.in deciſ.233 par.* 2. vbi refert modum recuſandi conſultores in Curia Archiep. Neap. ſuſpicio iudicis poteſt allegari à tertio pro ſuo intereſſe Ann.*ſing.*500
3 ſuſpicio generalis non poteſt ſubſiſtere *Capic.dec.*138.*Ricc.in dec.318.par.3. per prag. editam ſub die 3.Nouemb. 1611.ab Illuſtr.* Comit. *Lemen. quæ poſtea ſub die 8.Martij* 1613. fuit confirmata à ſua Catholica Maieſtate reformantur ſuſpiciones officialium, & declarantur nonnulla circa modum pro-
4 ponendi dictas ſuſpiciones Aduocatus Fiſcalis an poſſit recuſari, *vide* Gallup. *in prax.S.C.par.1.cap.5.num.42.& 43.* Procurator fiſcalis nullo caſu poteſt recuſari etiã ex capite inimicitiæ *Cabed.deciſ. Luſit.*114.
5 *num.9.par.*1.Iudex ſuſpectus, qui nequit in cauſa votare poteſt eandem cauſam alteri committere, & delegare, vt contingit in perſonam cuiuſdam Regentis Regiam Cancellariam, vt deciſum refert *Larath.conſ.*32
6 Suſpicio iudicis ſemel admiſſa non ceſſat, & ſi ceſſat cauſa R*ou.conſ.10.num.7.*& de materia *vide Apicell.in tract. de ſuſpic. Iudic.*
7 Iudices adiuncti alijs iudicibus, an poſſint recuſari ſolo tamen iuramento fuit deciſum in S.C. quod ſic Anna.*in ſing.15.*ſed hodie ſecus eſt exiſtente *nouella prag. 77. de offic. S.C.in princ.* nam debet ſuſpicio formiter allegari *iuxt.formam pragm.11.de ſuſpic.of-*
8 *fic.adde Ricc in collect.deciſ.1526.* ſuſpecto Barone, an dicantur ſuſpecti eius officiales *Capiblan.in pragm.3.de baron.num. 165 & ſequ.* vbi recenſetur practica, qua ſuperiores vtuntur, Barone ſuſpecto, *& vide* D.*Taſ. ſup.Conſtit.Regn.ſtatuimus,& ſup.rit.265.*
9 ſuſpicio officialium Baronum, an poſſit cognoſci per officiales eiuſdem Baronis, *vide Iacob.Anell.de Bott.in addit. ad praeit.Rit. Thor.in compen.deciſ.p.1.fol.532.* ſuſpectus iudex, an recuſari poſſit, eo quia fuerat lis in cauſa dignitatis cum litigante in alijs cauſis, *de Pont deciſ.3. Ricc in collect. 1823.* iudex
10 à decreto, quo declaratur ſuſpectus, an poſſit appellare *vide Rou.in pragm. P.num. 37.de ſuſpic.offic.*

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus in æquipollentibus extenditur, ex cauſa, vbi verba non repugnant.*
2 *Aſſenſus ſuper venditione, tacito pacto de retrouendendo, quando valeat.*
3 *Aſſenſus recipit omnes conditiones, extenſiones, & limitationes, quas recipit contractus.*
4 *Aſſenſus in donatione: an extendatur ad donationem cauſa mortis.*
5 *Aſſenſus pro filio naturali, an extendatur ad ſpurium.*
6 *Aſſenſus præſtitus doti, an extendatur ad donationem propter nuptias.*
7 *Aſſenſus pro contractu emphyteotico non extenditur ad cenſualem.*
8 *Aſſenſus præſtitus ſuper reſtitutione dotium & antefati, an extendatur ad aſſecurationem propter vergentiam viri ad inopiam.*
9 *Aſſenſus præſtitus ſuper vno contractu, an operetur in alio.*
10 *Aſſenſus, quando extendatur de caſu ad caſum.*
11 *Aſſenſus præſtitus ſuper principali contractu, extenditur etiam ad executiua.*
12 *Aſſenſus ſuper poſſeſſione non operatur ſine proprietate.*
13 *Aſſenſus per cap.Neap. dotibus pro obligatione feudalium conceſſus, an trahatur ad tacitam hypothecam.*
14 *Aſſenſus Regis, an requiratur quando in feudo inſtituitur proximè ſucceſſurus.*

DE-

AD DECIS. LXVII.

1 NVm 5. *Pariſ. de Put.*) *Camill. de Me*
dic. conſ. 135. *num.* 9. aſſenſus in
materia in æquipollẽtibus etiam
fit extenſio *Staiban. conſ.* 5. *num.*
9. & extenditur ad conſecutiua, & depen-
deotia *Maur. alleg.* 48. *par.* 1. 46. & 47. *par.* 2
extenditur ex cauſa, noo ex ſimilitudine *de*
Pont. conſ. 75 *nu.* 45. *tom.* 2. & quia eſt gra-
tia extenditur vbi verba non repugnãt *Cõ-*
2 *ſiliar. Theodor. alleg* 93. *num.* 13. aſſenſus ſu-
per veoditione tacito pacto de retrouen-
dendo, quando valet *Conſiliar. Georg. in re-*
3 *pet. feud. cap.* 12. *num.* 19. aſſenſus regulatur à
contractu, & recipit omnes qualitates con-
ditionales, extẽſiones, & limitationes, quas
recipit, & continet cootractus *Mormill. in*
4 *cap.* 1. *qui ſucceſſ. ten. nu.* 60. an aſſenſus præ-
ſtitus donationi intelligatur, & extendatur
ad donationem cauſa mortis, & an in alie-
natione extendatur ad faciendam, *Loffred.*
5 *conſ.* 9. & quid ſi eſt narratum de filio natu-
rali, an extendatur ad ſpurium, vel vitietur
6 aſſenſus *Capic. dec.* 32. aſſenſus præſtitus do-
ti, an extendatur ad donationem propter
nuptias *Loffred in cap.* 1. *qui ſucc. ten. verſ. ad*
principale dict. aſſenſus cooceſſus pro con-
7 tractu emphyteutico non extẽditur ad cõ-
tractum cenſualem, & ſic pluries fuiſſe Ro-
mæ deciſum probat *Farinacc. deciſ.* 224 *Mol*
feſ. in addit. ad Conſuet. Neap. par 2. *tit. de bo-*
8 *nis quæſt.* 9. aſſenſus præſtitus ſuper reſtitu-
tione dotium, & antefati, an extendatur ad
aſſecurationem ob vergentiam viri ad ino-
piam *Frecc lib.* 2. *de ſubfeud. verſ. ſecũdo quæ-*
9 *ro.* aſſenſus præſtitus in vno contractu, an
operetur in alio *vide Lanar. conſ.* 28 *num.* 2.
10 *Anna cons.* 84 *num.* 12. quando aſſeoſus ex-
tendatur de caſu ad caſum *vide eundem La-*
11 *nar. conſ* 36. aſſenſus præſtitus ſuper prin-
cipali contractu extenditur etiam de execu
tiua *Pariſ. de Put de feudis reintegr. fol.* 236.
12 aſſenſus ſuper poſſeſſione non operatur ſu
per proprietate *Staiban. conſ.* 70 *num.* 24.
13 aſſenſus per Capitulum Neapolicanum
dotibus pro obligatione feudalium conceſ-
ſus, an trahitur ad tacitam hypothecam
14 *Praſ Amat. conſ* 35. [Aſſenſus Regis, an re-
quiratur, quando in feudo inſtituitur ille,
qui eſt proxime ſucceſſurus *Lanar. in c. pri-*
mo de ſucceſſ feud. num. 59. an probari poſſit
teſtibus in hoc Regno *Reg. Tap. in deciſ. S.*
C. 4. *n.* 27.

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Locatio an, & quando poſſit probari per te-*
ſtes ſine ſcriptura.

2 *Fideiuſſor pro re conducta ad certum tem-*
pus, non tenetur in reconductione, expirato
dicto tempore.

3 *Conductor denegans reſtituere rem condu-*
ctam finito tempore, an teneatur ad dam-
na, & intereſſe.

4 *Conductor quando, finita conductione, poſ-*
ſit inferre quæſtionem dominij, rei condu-
cta.

5 *Conductor quando poſſit retinere rem con-*
ductam ratione expenſarum in illa facta-
rum.

6 *Primus conductor domus, quando expelli*
poſſit à ſecundo.

7 *Conductor domus non ſoluens penſionem,*
poteſt expelli ad ſimplicem petitionem lo-
catoris

8 *Locator non poteſt expellere conductorem*
egentem re locata pro vſu ſuo, ſi ſimpliciter
promiſit non expellere.

9 *Conductor impeditus vti re locata, an ha-*
beat remiſſionem mercedis.

AD DECIS. LXVIII.

1 NVm. 1. *de Franch.*) quæ deciſio procedit, quando eſſet elapſum tem
pus primæ reconductionis cæte-
rum ſi non eſſet elapſum tempus
recõductionis admitteretur, inquilinus, ab-
ſque ſcriptura in promptu producta, & ſic
iudicatum refert *Rouit. in pragm* 1 *num.* 12.
cum ſequ. de locat. Giurb. *deciſ.* 59. *num.* 16.
vide Ricc. in collect. deciſ 2627. *par.* 7. limita-
tur eadem deciſio non procedere ſi primus
conductor oppoſuiſſet de reconductione
multo ante tempus ingreſſus poſſeſſionis,
eo enim caſu poteſt probari per teſtes *Tap.*
in Iur. Reg par. 4. *tit. de locat domor ſup prag*
mat. 1. *de locat num.* 4 & fuit deciſum in cau-
ſa illorum de Mari, vt refert *Ricc. in prax.*
Eccleſ. deciſ. omiſſ. dec. 19. *ſub num.* 3. *Petra ad*
Gramm deciſ 89 *num.* 8. & hoc caſu, quo po
teſt probari per teſtes, quo numero teſtium
erit probanda, fuit iudicatum in S.C. ad re-
lationem M.C.V. non minori numero quin
que teſtium, vt nouiſſime tradit *Thor in cõ-*
2 *pen. deciſ. ver. recõductio par* 1. fideiuſſor prin
cipalis obligatus pro recõducta ad certum
tempus non tenetur pro tacita recondu-
ctione inducta per perſeuerantiam condu-
ctoris in re locata patiente locatore expi-
rato dicto tempore *Merlin. deciſ. Lucen.* 24.
3 conductor denegans reſtituere rem condu-
ctam

ctam finito tempore locationis, an teneatur
ad damna, & intereſſe *Maſtrill. dec. 307 par.*
4 4. conductor quando poſſit inferre quæſtio-
nem dominij finita conductione rei condu-
5 ctæ *Cardin. Tuſc. concl. 608. to. 2.* conductor,
quando poteſt retinere rem conductam ra-
tione expenſarum in re locata factarum
*Cauale. decis. 44 num 36. & 49 p. 1. Ruginell. de
appellat. §. 2 cap. 3. num. 559. & ſequ. late
Giurb deciſ. 63.* conductor facere, quid te-
neatur cum ſit veì procurator, & habeat
ius in re *Mangrell. ad Bart. in l. videamus §.*
6 *ſi hoc in princ. ff. locat.* conductor domus pri
mus an, & quando à ſecundo poſſit expel-
li, & qui *Mangr. ad Bart. in rubr. C. locat. in*
7 *prin.* conductor non ſoluens penſionem do
mus expellitur ad ſimplicem petitionem
locatoris, & domus clauditur *Petra ad Grā.
deciſ. 58. num. 10. late Mastrill. in decis. 229.*
8 *par. 3.* locator non poterit expellere condu
ctorem, ſi egeat re locata pro vſu ſuo, quā-
do promiſit ſimpliciter nō expellere *Surd.*
9 *cons. 34. num. 29.* cōductor impeditus vti re
locata, an, & quādo poſſit habere remiſſio-
nem mercedis *Camill de Medic. conſ. 23.*

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſuper liquidatione inſtrumenti
operatur, quoad effectum deuolutiuum, nō
quoad ſuſpenſiuum. Ampliatur multis mo
dis.*
2 *Inſtrumenti liquidatione impedita, cauſa
ſit appellabilis.*
3 *Reſtitutio in integrum, an detur in cauſa
liquidationis inſtrumentorum.*

AD DECIS. LXIX.

AD ornatum *vide Io. Dom. Gait. in
tract. de cred. cap. 3. tit. 1. n. 1146.*
1 *Thor. in compen. decis. vers. debi-
tor citatus par. 2.* inſtrumenti li-
quidatio habebit exequutionem paratam
etiam appellatione interpoſita, quæ opera-
bitur effectum deuolutiuum tantum, non
autem, quoad ſuſpenſiuum *Galter. in prax.
inſtrum. rubr. vlt. num. 13.* extenditur etiam
ſi fuerit liquidatum inſtrumentum illiquidū
*Tap. sup. Iur. Reg. lib. 3 tit. de inſtrum. liquid.
sup. rit. 166. num. 35.* ac etiam ſi fuerit dictū
de nullitate *Gratian. discept foren. cap. 667.
num. 18 tom. 4. Honded. cons. 17 num. 45. lib.
2.* etiam ſi in iudicio appellationis deuoluti-
uo ſuperior reuocaſſet interlocutoriam li-
quidationis inſtrumenti, quia adhuc non im
peditur executio vſque ad ſententiam inap
pellabilem *Gratian. cit cap. 667. num. 21.* &
2 quando fuiſſet pronunciatum, per primum,
aut ſecundum iudicem inſtrumentum eſſe
illiquidum, aut nullum, vel aliquo alio mo-
do vulnerata fuiſſet inſtrumenti liquidatio
contra actorem, tunc in beneficiū rei facta
eſſet cauſa appellabilis, & ita nouiſſime fuiſ-
ſe deciſum in Rota Roman. *per duas deciſ.
teſtatur Gratian. in præcit cap. n. 19* & vide,
3 quæ cumulat *cap. 968. tom. 5.* reſtitutio in
integrum denegatur in cauſa liquidationis
inſtrumentorum *Robert. de liquidat. inſtru-
ment. conſider. 4. num. 5.* & cautelam ad ob-
tinendum refert Galter. *in vers. quibus de-
mum probatis n. 4.*

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, quando amittatur per non
vsum.*
2 *Priuilegium ob ſeruitia præſtita conceſſum,
non amittitur per non vſum.*
3 *Priuilegia momentanea vnico vſu contrario
amittuntur.*
4 *Faciens actum priuilegio contrarium, quan
do dicatur ei renunciaſſe.*
5 *Lex, ſeu ſtatutum, quando tollatur per non
vſum.*
6 *Locus pius non amittit priuilegium non
vtendo, niſi ſpatio 40. annorum.*
7 *Priuilegium non amittitur per non vſum,
quando habet verba denotantia perpetui-
tatem.*
8 *Priuilegium ædificandi* Monaſterium, *alicui
Religioni conceſſum, an amittatur, & non
vſu per decennium.*

AD DECIS. LXX.

VIde *Carol Tap. meritiſſ. Reg. in l. fi.
ff. de conſtit princ. ca.. par. 2. Alex.
Treptacinq var resol. lib. 1. resol. 10
Cons. Theod. alleg 30. num 14. &
ſequ. Iacob. Gall. cons. 104. Camill. de Medic.*
1 *conſ. 63.* priuilegium per non vſum amittitur
quando voluntarie eo vſus non fuerit, ſecus
ſi per ipſum non ſteterit, quo minus vtere-
tur *Anna conſ 59. nu. 74. & 75. Decian reſp.*
2 *66. num. 65. & ſeq. vol 3.* conceſſum per ſer-
uitia præſtita per non vſum non amittitur
Maſtrill. decis. 96. in fin. Bardell. con. 22. n. 38

priui

3 priuilegia, quæ momentanea ſunt, contra-
rio vſu, licet vnico amittuntur, ſecus ſi ſuc-
ceſſiua ſint *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.*
gloſ. 10 *num.* 132 *par.* 1 Garz. *de nobil. gloſ.*
6. num. 29. vt priuilegium per non vſum
fuerit amiſſum requiritur, quod priuilegia-
tus in nulla re ſit vſus, ſecus ſi in aliqua, quia
in alijs cenſetur perſeuera:um *Seraphin de-*
4 *ciſ.* 1043. *num.* 4. priuilegio actum contrariũ
faciens, an, & quando ei renunciaſſe dicatur
Mangrell. ad Bart. in l. voluntarie in princ.
5 *ff. de excuſ. tut* lex ſtatutum, ſeu conſtitutio
an, & quando tollatur per non vſum *vide*
Farin. fragm par. 2 ver lex Tuſc. pract. concl.
ver. lex concl. 257. *& in ver. ſtatutum, concl.*
6 454. *& ver. vſus concl.* 371. locus pius non
amittit priuilegium decennio non vtendo,
niſi cum ſpatio 40. annorum *Fab. de Anna*
7 *conſ.* 129. *num.* 10. priuilegium ſtudij gene-
ralis, vel nundinarum, licèt amittatur per
non vſum infra decennium, limitatur quan-
do priuilegium habet verba denotãtia per-
petuitatem *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de*
8 *mercat. num.* 13. [priuilegium conceſſum
alicui religioni ædificandi monaſteriũ, abſq.
licentia ordinarij ex non vſu per decenniũ,
an amittatur vide *Nouar. in ſuis ſingul. iur.*
Ganon concl. 10. *à n.* 11. *vſq. ad n.* 17.]

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Collecta impoſita à* Ciuitate, *debet ſolui etiã à Villis, & Caſtris adiacentibus.*
2 *Vniuerſitates an poſſint ſibi collectas imponere, aut ſe obligare ſine Regis aſſenſu.*
3 *Venditiones annuorum introituum per adminiſtratores Vniuerſitatis eum obligatione particularium. ſine* Regio *aſſenſu, quem effectum pariat contra obligatos.*
4 *Ciuitas, & Caſalia regulariter ſunt vnitum corpus, poſſunt tamen ſeparari. Et in dubio præſumptio eſt quod ſint vnita.*
5 Baro, *contradicente* Ciuitate, *non poteſt ſeparare ab illa caſale.*
6 *Priuilegium* Ciuitati *conceſſum, extenditur ad villas, & caſalia.*
7 *Caſalia vtuntur ijſdem Conſtitutionibus, et priuilegijs, quibus, &* Ciuitates.
8 Ciues Caſalium *Ciuitatis Neapolis, nõ gaudent priuilegio fori vti* Neapolitani.
9 *Diſpoſitio pœnalis pro aliquo crimine in ſpecie contra aliquam* Ciuitatem, *non extenditur ad caſalia.*
10 Immunitas *conceſſa Clericis Neapolitanis, an extendatur ad Clericos caſalium eiuſdem Ciuitatis.*
11 *Ciuitas an poſſit probibere hominibus caſalis nè ducant panem in Ciuitatem.*
12 *Ciues quando poſſint cogi ad emendum frumentum Ciuitatis.*
13 *Vniuerſitates an poſſint cogere particulares, vt victualia ſuperflua vendant, vel probibere ne extrahant.*
14 *Ciues tempore penuriæ poſſunt cogi ad proficiſcendum in regiones longinquas pro emendo frumento.*

AD DECIS. LXXI.

1 NVm. 1. *gloſ.*) collecta impoſita à
Ciuitate debet etiam ſolui à vil-
lis, Caſtris, & terris eidem Ciui-
tati adiacentibus *Loſæ de iure*
2 *vniuerſ. par. 3. cap. 3. num.* 11. Ciuitates, Ca-
ſtra, Oppida, & Villæ, quæ habẽt dominos,
& ſuperiores, an imponant ſibi collectas
neceſſarias, & quomodo vide *Borrell. in*
ſumm deciſ. tit. 15. *num.* 45. 46. *&* 47. *par.* 3.
non poſſunt imponi niſi cum Regio Aſſen-
ſu *Augu caput de regim. Reipubl. cap. 7. §. 27.*
num. 40. nec ſine eo vniuerſitates poſſunt
obligari *Capiblan. in pragm* 8 *nu.* 199. *par.* 3
3 venditiones annuorum introituum per ad-
miniſtratores vniuerſitatum, cum obliga-
tione particularium ſine Regio aſſenſu fie-
ri prohibentur, & nullum ſortiuntur effectũ
nec directè, nec indirectè contra obligatos,
vt in *pragm.* 12. *de admin. vniuerſ. ad cuius*
ornatum plura ſeribit Thor. in addit. ad D.
de Pont. in tract. de poteſt. proreg. tit. de alie-
nat. fier. ſolit bonor.
4 *Num. 2. inſulæ*) Ciuitates, & caſalia ſunt
vnicum corpus *Conſil. Georg alleg.* 15. *in*
princ. [licet poſſint eſſe caſalia ſeparata de
per ſe non ſubiecta Ciuitati, onus tamen
probandi ſeparationem ei incumbit, qui al-
legat, præſumptio tamen eſt, vt Caſalia Ci-
uitati ſubſint *D. Reg. Tap. deciſ. S. C. 4. num.*
5 6.]Baro contradicente Ciuitate, vel oppi-
do in cuius loco ſitum eſt Caſale nõ poteſt
conſtituere officialem in caſali, & ſepara-
tionem facere iuriſdictionis *Staiban. conſ.*
6 17. priuilegium Ciuitati conceſſum exten-
ditur ad villas, & caſalia *Anna alleg.* 27. *nu.*
27 M*aur alleg.* 36. ſicuti ciues non poſſunt
eſſe magiſtratus in eorum Ciuitate, ita pro-
hibentur etiam, qui ex ſuburbijs ſunt Ciues
officium genere in Ciuitate *Borrell. de Ma-*
7 *giſtr. edit. lib. 1. cap 5. num.* 3. Caſalia, ſiue
villæ iudicantur, ſicut de ipſa Ciuitate, & ex
eiſdem conſtitutionibus reguntur, & etiam
priuilegijs eiſdem vtuntur *Lanar. conſ.* 41.
nu. 14. vide, quæ in propoſito refert *Auguſ.*

Caput.

Digitized by Google

*Caput.de Regim.*Reipubl.*cap.*1. §.2. *nu.*109.
& 111.Caſalia Ciuitatis Neap.vtuntur pri-
uilegijs, quibus gaudet illa fideliſſima Ciui-
tas *Capiblan.in pragm.*8 *par.*1.*num.*58.*de*
*Franch.deciſ.*316.*nu.*4.conſuetudines Nea-
politanæ ligant etiam caſalia *Molfeſ.in con-*
ſuet.Neap quæſt. 9.*par.*2.*de* Franch.*dec.*604.
Conſtitutiones Ciuitatum regulariter in
Caſalibus ſeruari debent,quando Caſalia
non habent conſuetudines in contrarium
*Menoch de arbitr.Iudic.lib.*2.*quæſt.*99.*n.*25.
8 Ciues caſalium dictæ Ciuitatis non gaudent
fori priuilegio, vti Neapolitani *Piſanell.in*
9 *addit.ad Afſl.deciſ.*74. diſpoſitio pœnalis pro
aliquo crimine in ſpecie contra aliquam
Ciuitatem,& eius Ciues non extenditur ad
Villas,ſeu Caſalia eiuſdem Ciuitatis, ſed ſo-
lum contra ipſam Ciuitatem, & ibi exiſten
tes *Gramm conſ crim* 48.*num.*4.*Scipio Buc*
*cin.ad Napod.in proem ſub num.*a88.*fol.*23.
10 immunitas conceſſa Clericis Ciuit. Neap,
an extendatur ad Clericos Caſalium eiuſdē
11 *Ricc.in prax.reſolut.*203.*tom.* 3. Ciuitas an
poſſit prohibere hominibus Caſalis, ne du-
cant panem in Ciuitatem, ex quo nolūt ac-
cipere granum partiti Ciuitatis fuit deciſū,
quod ſic in fauorem Ciuitatis *Montanar.in*
prag 2.*num.*72.*& ſeq.de adminiſt. vniuerſ.*
12 *Nu.*4.*Mexia*) Ciues poſsūt cogi ad emē-
dum frumentum Ciuitatis, quod habet pa-
ratum ad vendēdum, vt minorem iacturam
patiatur,vel quia corruptū, nec aliquis ex-
cuſatur,licet ei neceſſarium nō ſit,vt ſæpius
practicatum in Ciuitate Neap. per quam
inter eius Ciues aliquando,& per eius Ca-
ſalia fuit frumentum diſtributum pro certo
pretio, vt Ciuitas minus ſit in damno *de*
Pont.de poteſt.proreg.tit.de abbund. Ciuit n.
13. pariter ſi eſſet frumentum Ciuitatis ſu-
perfluum Ciues compelluntur emere *Ant.*
Burg.in rubr.de empt & vendit.num 19.Vni
13 uerſitates pro neceſſitate Ciuium poterūt
cogere particulares victualia ſuperflua ha-
bentes ad vendendum, vel ea non extrahē-
da Capiblan.*in pragm.*1.*num.*248.*de Baron.*
Ciues tenentur reuelare frumenta,quę col-
legerunt pro publica vtilitate præcedenti-
bus bannis,vt videatur ſi ea ſufficiāt F*ranc.*
*March.deciſ.*230.& poſſunt Ciues compel-
li,vt vendant victualia in communi foro,&
non in priuato *Petr.de poteſt.princ. num.*17.
14 *fol.*65.Ciues penuriæ tempore cogi poſsūt
ad proficiſcendum in regiones longinquas
pro frumento emendo,idque ſæpius practi-
catum fuiſſe ſub præſidatu Comitis Miran-
dæ fatetur *Reg de Pont.relatus à Thoro in*
*compend.deciſ.par.*1.*fol.*85.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *An,& quando ſcriptura ſit de ſubſtantia contractus.*

AD DECIS. LXXII.

1 Vide *Thesaur.deciſ.* 197. vbi diſtin-
guit,quod aut de ſubſtantia con-
tractus eſt,vt ſit ſcriptura, vel in-
ter partes conuenitur, quod ali-
ter non valeat,quod conuentum eſt, & tūc
neceſſario ſequitur ad firmandam conuen-
tionem,vt fiat inſtrumentum, & ſcriptura
intercedat,& ſemper interim locus erit pę-
nitentiæ,aut vero dictum eſt, quod de con-
uenctione,& pacto firmato conficiatur in-
ſtrumentum,& non eſt de ſubſtantia cōtra-
ctus,vt redigatur in ſcriptis,& tunc, quia
tale inſtrumentum ob ſolam probationem
requirit ſcripturam,& non perficiet cōtra-
ctum,ſed erit ante ſcripturam perfectum,&
licet inſtrumentum non ſit factum non li-
cebit contrahenti pęnitere,hanc diſtinctio-
nem ſequitur *Morot. conſ.*97.*num.*10.*Poli-*
dor Rip.*ſing.obſer.*265.*vide Adrian. Neguſ.*
*in reſp.& diſput.q.*13.*num.*43. *Febum deciſ.*
*luſit.*99.*Camill.de* Medic. *conſ.* 31.*num.*15.
& 16.contrahentes, qui voluerunt contra-
ctum(qui poterat,& cum ſcriptis ,& ſine
ſcriptura valere)in ſcriptis redigi, & de eo
inſtrumentum confici,non pręſumuntur ob
id voluiſſe in ſcriptis contrahere,niſi id ex-
preſſe dixerint Decian.*reſp.*64.*num.* 4.*vol.*3
contractus ſi ſcripturam requirat pro ſua
ſubſtantia,an eiuſdem notarij exemplo ma-
nuſcripto credatur *Iallon.Racem.*89. *num.*
13.14 *&* 17.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Officium magni admirati in quo conſiſtat,et quæ ſit eius iuriſdictio.*
2 *Qualiter credatur eius literis dum ad remiſſiones petendas ſcribit.*
3 *Vice admirato,quam iuriſdictionem,prærogatiuas, & exemptiones concedat* Magnus Admiratus.*Affertur decretum Collateralis Conſilij per extenſum.*

AD DECIS. LXXIII.

ADde ad ornatum *D. de Pont deciſ.13 num. 2. Maſtrill. de Magiſtr.lib.5.par.2 cap 13. num.20.*
Magni admirati offitium in quo
conſiſtat qualis ſit eius iuriſdictio in viuentes de arte maris *de Franch.deciſ.141. Tap.
ſup.Iur.Regn.lib.2.rubr.31. & in deciſ.S.C.*
2 13.& quomodo illius tantum literis credarur, dum ad remiſſiones petendas ſcribit
Mag. Cur. Vic. qualiter inquiſiti ſunt eius iuriſdictioni ſuppoſiti, & quæ ſit praxis petendi remiſſiones D.*de Franch. deciſ.* 722.
de quibus bonis naufragatis cognitionem habeat *vide Conſtan.in l. vnica num. 73.C.
de Claſſic.lib.*11. [*Reg.Moles in tit. de nau-*
3 *frag quæſt 2 deciſ.2.*] Viceadmiratis,quam iuriſdictionem,prærogatiuas,& exemptiones concedat magnus Admiratus, declarauit Regium Collateral. Conſil.ſub die 23.
Decembris 1602. cuius decreti tenor eſt ſuper facto creationis Viceadmiratorum, & commiſſionum faciendorum eiuſdem per Ill. Mag. Regni Admiratum pro perceptione,cura,& cuſtodia naufragiorum, viſis conſultationibus factis per Reg.Cam. Summ.in Anno 1572. 1591. & 1596. viſis prouiſionibus per eandem Reg. Conſil.expeditis,ac viſa prouiſione Collaterale Conſilio expedita ſub die vltimo Aprilis 1592. pro executione, declaratione, & limitatione conſultationum prædictarum Anni 1572 & 1591. ſeruata forma cuius prouiſionis fuit expedita conſultatio per prædictam Regiam Cameram in prædicto Anno 1596.viſis memorialibus oblatis pro parte prædicti Mag.Admirati, ac inſtantijs voce,& in ſcriptis pluries factis, & de omnibus facta relatione in Collater. Conſil. per Illuſtr. Marchionem Morconis Regent. Regiam Cancellariam coram Illuſtriſſimo D.Franciſco de Caſtro Locumtenente, & Capitaneo Generali præſentis Regni,Sua Excellentia mandat, decernit, atque declarat,quod lite pendente, & donec illa fuerit debito fine per ſententiam determinata iuxta prouiſiones alias factas, liceat prædicto Illuſtr.Magno Admirato deputare in omnibus terris habitatis huius Regni, habentibus tamen territoria, vſque ad mare, vnum tantum Viceadmiratum pro qualiber terra, cum vno tantum famulo, qui cum Magiſtro Actorum per ipſum magnum Admiratum eligendo curam habere debeat naufragiorum occurrentium in maritimis prædictis,nullamque aliam exercere iuriſdictionem dicta lite pendente, qui Viceadmiratus vna cum prædicto Magiſtro Actorum per ipſum Magnum Admiratum eligendo curam habere debeat naufragiorum occurrentium in maritimis prædictis nullamque aliam poſſe exercere iuriſdictionem dicta lite pendente, qui Viceadmiratus vna cum prædicto Magiſtro Actorum,& famulo gaudere debeant immunitate hoſpitandi ſeruitiorum perſonalium, verum contribuere teneantur in pecunia,nec non exemptionis fori, itemque à nemine valeant recognoſci in omnibus ipſarum cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus, niſi à prædicto Magno Admirato, ſeu eius Locumtenente, & quoad aſportationem armorum liceat prædictis Viceadmiratis aſportare omnia,& quælibet arma offenſiua,& defenſiua etiam prohibita per Regia banna quæcunque voluerint pro exercitio prædictæ commiſſionis, verum prædictis famulo, & Magiſtris Actorum liceat aſportare arma, vt ſupra,ſed non prohibita per Regia Banna,& ne in deputatione famulorum eligendorum per prædictos Viceadmiratos fraus aliqua fieri poſſit,decernitur,& declaratur, quod famuli nominandi debeant deſcribi,& regiſtrari in officio prædicti Magni Admirati,vel protontini, itaque ſi contingerit mutatio aliqua illorum ſubrogandus, & eligendus,ſeu ſubrogandi, & eligendi nō gaudeant immunitate aliqua ſi non reperiuntur deſcripti,& regiſtrati,vt ſupra,pro quorum omnium executione Sua Excellentia mandat prouiſiones debitas expediri hoc ſuum Goroſtiola Reg.de Pont. Reg de Caſtellet.Reg. & ſubinde prouiſiones fuerunt expeditæ ſub die vltimo Decembris eiuſdē anni 1602.in part. 20. fol. *76.* & illas per ſcriptorium obſeruari mādauit Illuſtr. Dux Oſſunæ ſub die *20.* Ianuarij 1620. vt in diuerſ.8.fol.*279.* quas habui à Iacinto Storniola Secretario ordinario præfectorū belli huius Ciuitatatis Rhegij, & parantiæ,ſed quod ad aſportationem ſcloporum paruorum infra tres palmos eſt hodie facta prohibitio,vt in pragm.edita ſub die *27. Decē*bris 1623.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione permiſſa in ſucceſſores ab inteſtato, poteſt eis relinqui etiam ex teſtamento, & è contra.*

2 *Alienatio conceſſa, licet videatur intelligi de alienatione inter viuos tantum; intelligitur tamen etiam per vltimam voluntatem.*

3 *Alienatio permiſſa vno modo, videtur permiſſa omni ſimili modo.*

AD DECIS. LXXIV.

AD ornatum huius deciſ. *vide D. de Pont de poteſt. Proreg. tit.* 8. *§.* 6. *Roſentall. de feud cap* 8. *concluſ.* 14. *Menoch conſ.* 1089. *Giurb. in Conſuet.* Meſſ *cap* 15 *gloſ.* 4. *num* 19. 20. *&* 21.
1 *Maur. Aun. alleg.* 8. *num.* 10. *& ſequ.* Alienatio permiſſa ſi ſit in ſucceſſores ab inteſtato poteſt eis relinqui etiam ex teſtamento, & è contra *Decian. reſp* 31 *num.* 135. *volum.* 1.
2 alienatio conceſſa licet videatur intelligi de alienatione inter viuos tantum, intelligitur tamen etiam per vltimam voluntatem *Decian. reſp.* 58. *num.* 65. *volum.* 2. quid ſi res feudalis eſſet *Fab Anna conſ.* 129. *Peregr. de*
3 *fideicom. art.* 40 alienatio permiſſa vno modo videtur permiſſa omni ſimili modo *Bart. in leg. ſicut §. ſed ſi permiſerit. nu.* 2. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſol.*

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1 Receptator *inquiſiti de crimine læſæ* Maieſtatis, *punitur eadem pęna, qua principalis: Nec gaudet indulto, quando ab illo excluduntur inquiſiti de dicto crimine.*

2 *Læſæ Maieſtatis crimen quibus modis committatur, & quomodo puniatur.*

3 *Crimen læſæ Maieſtatis* Diuinæ, *& humanæ, & falſæ monetæ non recipit remiſſionem.*

4 *Eius cognitio eſt de reſeruatis Principi.*

5 *Contra illud committentes, poteſt inauditis defenſionibus procedi.*

6 Quibus *modis probetur.*

7 *Conſcius criminis læſæ* Maieſtatis, *qua pęna ſit puniendus.*

8 *Vtens inſignibus Regis, crimen læſę* Maieſtatis *incurrit.*

9 *In crimine læſæ Maieſtatis non fit extenſio de caſu ad caſum.*

10 Fidem *datam Principi frangens, an incurrat crimen læſæ* Maieſtatis.

11 *Carenti dolo non poteſt imputari crimen læſæ Maieſtatis.*

12 *In crimen læſæ* Maieſtatis *nullius attenditur priuilegium.*

13 *Bellum priuata auctoritate excitans, incidit in crimen læſæ* Maieſtatis.

14 *Pęna l. quiſquis* C. *ad leg.* Iul. *Maieſt. quando locum habeat.*

15 *Bona ſubiecta fideicommiſſo non deuoluuntur ob crimen læſ.* Maieſtat.

16 *Filij rebellis ſunt incapaces, & habentur pro non natis.*

AD DECIS. LXXV.

1 REceptator inquiſiti de crimine læſæ Maieſtatis punitur eadem pęna, quæ principalis, vt fuit deciſum in contingenti caſu per Collat. Conſil. vt refert *de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §.* 3. *num.* 10. & receptator inquiſiti de crimine læſæ Maieſtatis generali indultu non gaudet, quoties in indultu excipiuntur hi, qui de crimine læſæ Maieſtatis imputantur, vt fuit deciſum in eodem Collat. Conſil. *teſte eod. de Pont deciſ.* 22.
2 *Num.* 5. *Gramm.*) læſæ Maieſtatis crimen quibus modis committatur, & quomodo puniatur *vide Otr. diuerſ. quæſt iur. par.* 3. *quæſt.* 1 *Reuſn. deciſ* 16. *lib.* 4 *Ricc collect deciſ* 2362. *par* 6. *Cabed. deciſ. Luſit.* 82. *par.* 2. *Mangrell. ad Bart in rubr. ff. ad l.* Iul. *Maieſt* Muſcat. *in prax. crim. rubr de crim. læſ.* Maieſt. *hum.* Rou. *in pragm.* 5. *num.* 20. *de Abol. Valenz. in diſc ſtat. & belli cap.* 2. *conſider.* 18. *num.* 50. [*Cabed. deciſ Luſit. deciſ.* 82. *par.* 2.] an æquiparetur in omnibus criminibus læſę Maieſtatis diuinæ Rou. *in pragm.*
3 1. *de bon prodit num.* 31. *&* 43. crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & falſæ monetæ non recipit remiſſionem *Tap. ſup.* Iur. *Regn. lib.* 3 *tit. vri de crim. agi oport. num.* 39.
4 cognitio, & punitio talis criminis eſt de reſeruatis principi *Farin. quæſt* 118 *num* 15. *Mar. Mut. in cap.* Regn. *Sicil* 456. *num.* 96.
5 *tom.* 5. contra illud committentes poteſt ex abrupto inauditis defenſionibus procedi *Ball de quæſt. quæſt.* 100. *num.* 52. *Barg. de modo proced. ex Abr. quæſt.* 19. *num* 40. de
6 probationibus in crimine læſæ Maieſtatis

vide

vide Decian.in tract.crim.tom.2.lib.7. capit.
7 *45.*conſcius criminis læſæ Maieſtatis, qua
pœna ſit puniendus Reuert. *decis.* 40. *in*
*manuſcript. tom.1.*vbi diſcutit doctrinam
Bart.in l. vtrum ff. ad l. Pomp. de Parric.
8 vtens inſignibus Regis crimen læſæ Maie-
ſtatis incurrit. *Camill.de Medic. conſ.*170.
9 in crimine læſæ Maieſtatis non fit extenſio
de vno caſu ad alium,ſed fit ſtricta interpre-
10 tio *Gram.conſ.31.num.41.*qui fidem datam
principi frangit, an incidat in crimen læſæ
11 Maieſtatis *Bero.conſ.165.vol.3.*carenti do-
lo non poteſt imputari crimen læſæ Maie-
ſtatis *Campagn. in cap. nuper ad vindictam*
12 *num.53.Reg Tap.in decis.13.num.6.*in cri-
mine læſæ Maieſtatis nullius attenditur pri-
uilegium,omneſque pares ſunt *Mangr in*
addit ad Bart.in l nullus in princ. C ad leg.
13 *Iul.Maieſt* Bellum priuata authoritate ex-
citans, incidit in crimen læſæ Maieſtatis
Reg.Conſtan.in l vnica num.13.C.vt armo-
14 *rum vſus lib.11.*læſæ Maieſtatis, ſeu pœna
l.quiſquis C.*ad l.Iul. Maieſt.* quando non
habeat locum *Seraph. decis.* 830. *num.7.&*
8.*de Pont.conſ. 50.num.9. & ſequ tom.2.*
15 Bona ſubiecta fideicommiſſo non deuol-
uuntur commiſſo crimine læſæ Maieſtatis
D.Reg Moles *decis.30.quæſt.30.* & quod re-
ſtituantur omnia bona fideicommiſſario,
qui de iure debet præferri fiſco, fuit deci-
ſum in Reg.Cam.referente D. Alfonſo de
Salazar ſub die 28 Octobris *1567.* & ſi fi-
deicommiſſum factum ſit ſine bona reſti-
tuuntur fideicommiſſario,etiam quod exi-
ſtent filij rebellis, quia cum ipſi ſint in-
capaces habentur pro non natis *Guid.*
16 *Pap.decis.612.* & refert D. *Moles* fuiſſe de-
ciſum, quod Frater Io. Francisci de Al-
bis, qui fuerat decapitatus ob crimen
læſæ Maieſtatis diuine, veniret ad eius bo-
na ex fideicommiſſo Patris communis, ex-
cluſo fiſco, & filijs, accedente etiam voto
Dominorum Regent. die 28. Octobris
1567.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Hæres finito inuentario poteſt conueniri non transacto tempore trium menſium.*
2 *Infra tempora inuentarij poteſt hæres lites contra defunctum incohatas, proſequi,non tamen exequi ſententiam.*
3 *Poteſt etiam intra idem tempus debitores hæreditarios conuenire.*
4 *Inuentarij non confecti exceptio, an poſſit opponi poſt ſententiam.*
5 *Hæres cum beneficio legis,& inuentarij,obligatus pro debito defuncti etiam proprio,& principali nomine in ſolidum, quando teneatur vltra vires hæreditarias.*
6 *Hæres verus non dicitur, qui adit cum beneficio legis,& inuentarij.*
7 *Si hæres non confecit inuentarium, an fideicommiſſarius poſſit petere iuramentum in litem.*
8 *Iudices Regiam poteſtatem habentes,poſſũt, omiſſione inuentarij non obſtante, hæredem non compellere niſi vſque ad vires hæreditatis.*

AD DECIS. LXXVI.

1 POterit tamen hæres conueniri com-
pleto inuentario à creditoribus an-
tequam tempus trium menſium nõ
fuerit transactum *Ricc. decis.* 168.
par.3. Roder.de exec.cap.4.num.6. Cornaz.
2 *decis.9.* infra tempora conficiendi inuenta-
rium non impeditur hæres quominus in-
choatas contra defunctum lites expedire
interim poſſit *Fab.decis.8.C.de iur delib.*ſen-
tentiam vero non exequi durante inuenta-
rij tempore voluerunt *Phanuc. de inuent.*
par.4.num.15.Cancer.2.reſol.cap.3.num.98.
3 *& lib.3.reſol cap.2.num.156.* poterit hæres
durante dicto tempore hæreditarios debi-
tores conuenire *Crau.conſ.593.num.18.*&
vide,quæ plena manu ſcribit *Giurb. in con-*
4 *ſuet.Meſſ.cap.9 gloſ.5.par.1.*inuentarij non
confecti exceptio, an ſit dilatoria, & poſt
ſententiam opponi poſſit *Velaſc. de partit.*
ca.8.Craſſ.in §.inuentarium quæſt.26. Dida.
5 *Spino.de teſtament. gloſ.35.num.42.* hæres
cum beneficio legis,& inuentarij obligatus
pro debito defuncti etiam proprio princi-
pali nomine,& inſolidum ſub quibuſuis alijs
clauſulis non tenetur vltra vires hæredita-
rias, niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio
beneficij inuentarij prędicti interueniat,&
obligatio ſatisfaciendi etiam vltra vires hę-
reditarias,verum facta diſcuſſione inuenta-
rii executio fiat etiam in bonis propriis,&
de perſona,quatenus ad eum peruenit de
bonis hæreditariis, prout deciſum fuit in S.
C.iunctis omnibus aulis die *16.*Martii 1623
6 hæres verus non dicitur,qui adit cum bene-
ficio legis,& inuentarii *Gratian. diſcept Fo-*
*renſ.799.num.44.*per aditionem hæredita-
tis non confecto inuentario actiones hære-

ditariæ conſunduntur, licet adita ſit cum-
beneficio legis,& inuentarii *Seraphin deciſ.*
7 40.*num* 3 ſi hæres non confecit inuētarium
an fideicommiſſarius poſſit petere iuramē-
tum in litem *Gratian.diſcept Foren cap.*215.
*num.*26.*cum ſequ. Ant. de Virgil in tract de*
*legitimat.perſ.cap.*12.*num.*18. iudices Reg.
iam poteſtatem habentes,vt eſt Sacr. Conſ.
poſſunt omiſſione inuentarii non obſtante
hæredem non compellere, niſi vſque ad vi-
res hæreditatis *Fulu.Lanar. in addit ad re-*
pet.Regen.Lanar.in ca.primo de ſucceſſ.feud.
*num.*38.

Didac.de Mari.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij non poteſt recipi ab habente ius præſentandi.*
2 *Significatio perſonæ in reſignatione facta in manibus Epiſcopi,an ſit ſimonia.*
3 *Reſignatio Simoniaca eſt nulla etiam quoad præiudicium reſignantis.*
4 *Beneficium purè poteſt reſignari conſanguineo ſine vitio Simoniæ.*
5 *Reſignans quando amittat poſſeſſionem.*
6 *Quando poſſit agere pro ſpolio contra tertiũ*
7 *Reſignatio beneſitij dolo facta , quando ſit nulla.*
8 *Criminoſi qui veniunt priuandi beneficio, poſſunt illud renunciare in fauorem pendente iudicio ſuper criminibus commiſſis.*
9 *Reſignans per procuratorem poteſt reuocare renunciationem quandiù res eſt integra.*
10 *Reſignatio quando non tenuit,cedens reuertitur ad ſuum beneficium abſque noua collatione.*
11 *Reſignatio beneficij , ab excommunicato vitando facta,eſt nulla.*

AD DECIS. LXXVII.

IN materia reſignationis, vide,quæ cumulat *Borrell.in ſumm.deciſ.tit. de beneſ.reſignat.tom.*1.Ricc.*in collect.deciſ.* 1478.*&* 1479.*par.*6. *Mareſcot.var.reſol.lib.*1.*cap.*41.[*D.Reg.Moles in deciſ.*3.*q.*3.
ſub tit de deuolut.] reſignatio beneficii non
poterit recipi ab habente ius præſentandi,
quamuis laico *Ricc.dec.*178.*par.*2.nam fieri
debet coram ſuperiore,quia ei intereſt ne-
beneficium dimittatur ſine ipſius licentia-
idem in prax.var reſol 482.reſignatio bene-
ficii , vt valeat debet fieri cum cauſa *Ricc.*
2 *deciſ* 53.*par.*3.ſignificatio perſonæ in mani-
bus in reſignatione facta in manibus Epi-
ſcopi,an ſit ſimonia *vide eundem* Ricc.*deciſ.*
3 207.reſignatio ſimoniaca eſt nulla, etiam-
quoad præiudicium ipſius reſignantis ſimo-
niace *Flamin.de reſignat lib.*14.*q.*1.*num.*12.
data pecunia pro reſignatione committitur
ſimonia *Couar var lib.*1.*cap.*5. *ſub num.* 4.
4 beneficium pure poteſt reſignari conſan-
guineo ſine vitio ſimoniæ *Valenz.conſ.* 98.
5 *n.*41.*&* 42.reſignans non amittit poſſeſſio-
nem,niſi poſtquam reſignatario eſt perfectè
quæſita *Ludouiſ.deciſ.Rot.Rom.* 138.*num.*5.
6 poteſt agere pro ſpolio cōtra tertiũ *Achill.*
*deciſ.*10.*n.*4.*de reſtit. ſpol.* ſed ſi ſpolietur à
reſignatario non poteſt agere ſpolio *Ludo-*
7 *uiſ.deciſ.*364.*n.*4. reſignatio beneficii dolo
facta eſt nulla *Azor.inſt.moral. par* 2. *lib.*7.
*c.*26 *q.*3.*Flamin.de reſignat.beneſ lib.*13.*q* 3
*per tot.vbi n.*13.declarat , vt non omnis do-
lus ſufficiat, ſed qui cadat inconſtantem vi-
8 rum,& prudentem; Criminoſi,qui non ſunt
priuati ipſo iure,ſed veniunt priuandi, poſ-
ſunt reſignare ſua beneficia in fauorem pē-
dente iudicio ſuper criminibus commiſſis
Petr.Gregor.de beneſ cap 26.*n.*15. *Gutier.ca-*
non.lib 2.*cap* 5.*nu.*29.*Gonzal.ad reg.*8.*Can-*
*cell.gloſ.*15 *nu.*147.*Nicol.Garc. de beneſ.par.*
9 11.*cap* 3.*à num.*62. reſignans per procura-
torem poteſt reuocare eam renũciationem
quandiu res eſt integra *Valer. Reginald. in*
*prax.fori pœnit.lib.*30.*tract* 3.*num* 328.reſi-
10 gnatio quando non tenuit, tunc ſine noua
collatione ad ſuum beneficium cedens re-
11 dit *Rebuff de pacif.poſſeſſ.n.*154. Reſignatio
beneficii ab excommunicato vitando facta,
